
6 . 22 / 21


REVE.mi P. FRIS NICO
LAI RODVLPHY SAC
ET APOST
OLICI PA
LATY
MAGISTRI ORDINIS PRÆ
DICATORVM
ANNO 1623
SOCIVS
ALIS ET
GENER
ATOR
NVS PRÆDICATOR
BISCIO
FR ANDREAS


EX LIBRIS R. P. F. ANDREAE BISCIO
EN NOVA FACIO
ANAGRAMMATVM
TRACTATVS NOVVS
AVTHORE
magistro Angelo de ominetis doctore theologo
Conuentus D. Augustini de Firmo priore
Ill.mo et R.mo D.D. Scipioni Burghesio S. R. E
Cardinali Amplissimo
Dicatus
MACERATÆ 1620


REVE.mi P. F.RIS NICO
LAI RODVLPHY SAC
ET APOS
OLICI PA
LATY
MAGISTRI ORDINIS PRÆ
DICATORVM
ANNO 1623
SOCIVS
ALIS ET
GENER
PRÆDICATOR
NVS
BISCIO
FR ANDREAS

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPI

SCIPIONI BVRGHESIO

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO.

F. ANGELVS OMINEVS FIRMANVS F.P.

QVID caussæ est, Cardinalis Amplissime, quòd te semper anteà, cum nunquam essem allocutus, nunquam vidissem, tamen maximoperè colui? profectò non nisi clarissimæ virtutes tuæ, Heroicę actiones in caussa fuere: Quæ omnia cum diligenter attenderem, incredibili incitabar studio, meæ tibi singularis erga te obseruantiæ non significandæ solum, sed etiam declarandæ: Ast literulis obstrepere

tali Heroi Illuſtres ferè omnes Italiæ Vrbes, multorumquè populorum fortunas non poteſtate magis, quam iuſtitia tuenti, homuncionis eſſe, vel inſulſi nimis, vel impudenter ambitioſi rebar. Verum cum, & literarum, & Anagrammatiſmi à me contexti (vt ex tuis literis, ac Angeli Rocchę olim Epiſcopi Tagaſtenſis, & Apoſtolici Sacrarij præfecti) lectione ſis delectatus, occaſionem libens amplectens, quam mihi tua liberalitas iam obtulit, Tibi SCIPIONI BVRGHESIO ad liberalitatem, & ad gloriam nato (pulchrum enim corpus venuſta facies, magnificam domum inſigne veſtibulum decet) hunc Nouum, breuem, eruditum, ac argutulum Anagrammatum Tractatum animi gratia concinnatum, dum à ſeuerioribus, grauioribuſquè Phyloſophiæ, Theologiæquè ſtudijs reſpirabam, dicare decreui; & eò libentius, quod in hoc genere ex multorum, & eruditiſſimorum Virorum ſanè conſtat auctoritate, nullum alium Scriptorem hactenus elaboraſſe, vel ſi quiſpiam inchoauit, rem ferè raptim, & non tàm affluenter, tàm luculenter, etſi non turbulentè, egiſſe videatur. Ego verò præter gratiam, ac voluptatem ex iucunda nouitate, quæ tædium leuat, regulas pono, vitia detego, ſenſus nominis trado, non paucos bonos illuſtro, maximè cum maxima ſit in verbis virtus. Præterea hoc vnum velim ſcias, multos multa hodierna luce eſſe, qui ſcribunt, ſed ſi vera ſunt dicenda potius deſcribunt, ne dicam ſurripiunt: Tibi igitur CARDINALI AMPLISSIMO opus hoc quale quale ſit, do, dono, dico, vnaquè meipſum trado; Illa ergo ſapientia tua, qua

cuncta

cuncta ſcis, & potentia vales, inuidorum abſcinde vepreta, hamatos diſperde rubos, ſciolos vbiquè emergentes profliga, omneſquè expugna impugnantes me, præcipuequè ineptos illos, qui non componere, ſed opponere potius petulanter ſtudent. Interimquè vnà cum Sanctiſsimo Auunculo tuo PAVLO QVINTO BVRGHESIO PONTIFICE OPTIMO MAXIMO à quo cuncta bona proueniunt, Intende proſpere, procede, & in æternum regna. Vale Firmi Kal. Maij M.DC.XX.

✠ 3 AD

AD LECTOREM.

EN, *humanissime Lector, ntuum opus typis tandèm in hanc methodum, & ordinem, qua potui breuitate, salibus ornatum, demandatum, hocquè vnum inter alia te non latere arbitror, gloriosum quippè esse non ea, quæ omnes sciunt, scire, sed quæ rari, aut pauci; gloriosissimum verò quæ nulli sciunt, sic enim optimo pollere ingenio, manifestatur homo: sed dices; Doctor Theologus cum sis, quorsùm de Anagrammatismorum compositione à nullo vnquàm eruditissimorum dente vsquè modò exprofesso exagitata, scripsisti? Græco prouerbio pro responsione vtar, dicente, quam quisque norit artem, in ea se exerceat; volui enim pigris hac quoquè in parte prodesse, eosquè beneficio nouo cumulare, eoquè magis, quòd anteà non semel, atquè iterùm, sed tertiò publicos actus Theologicos prælo demandaui, publicèquè illos defensaui; Nec est, quod adbuc instes, hoc compositionis genus in caussa esse, vt tempus incaßum (quo nil pretiosius) conteratur, nam ego, sacris officijs, & grauioribus studijs persolutis, ne ad Eurotam séderem, animi caussa ad concinnandum Anagrammata appuli, & quidèm perquam libentissimè, cum erga Sanctos, ac Patronos meos tutelares illa contexerim. Accedit, quod cum officijs haud respondere poßem, nouo, vnicoquè Anagrammatismo pluribus, vt plurimum satisfeci. Vt vt attamen Anagrammata isthæc vna cum suis*

Begu-

Regulis sint; eo, quo datur animo, benigne excipe Lector, singularem nanquè diligentiam, animiquè solertiam adhibui; vt cum salibus, & gratia prodeant; & propterea qui eis delectantur præ cœteris acumen admirari soleo, & verè ingeniosos vocitare. Scito tamen, quod nemo cogitur, vt ille dixit, legere; quod non vult, de gustibus non esse disputandum, quis dubitat? Hoc vnum scio, quod facilè contemnitur, quod ignoratur; Ego petentibus scripsi, non fastidiosis, gratis, non inuidis, studiosis, non obscitantibus, quietis non nugacibus, pacificis non Suffenis, quibus omnibus dicacibus satis pro responsione erit dicere, me eos ad primam Centuriam centesimi rumoris Troiani Boccalini Romani remittere.

Prouerbium.

Nota. *Suffenus fuit Poeta lõge ineptissimus in aliena vitia dicax ad sua cæcus.*

Troianus Boccalinus Cent. prima.

MAGI-

Magister Frater Nicolaus à S. Angelo Ord. Erem. Sancti Augustini Prior Generalis licet indignus.

PRæsentium tenore facultatem concedimus, vt Liber cui Titulus est Anagrammatum Tractatus Nouus à Vener. Patre Magistro Fratre Angelo de Firmo eiusdem Ordinis compositus, grauis, doctiquè Viri iudicio examinatus, & approbatus Typis excudatur. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ die 23. Octobris 1619.

Nostri Officij affixo Sigillo.

Fr. Nicolaus à S. Angelo
Generalis indignus.

Iussu

IVssu Reuerendissimi Patris nostri Generalis Ord. Erem. S. Augustini Magistri Nicolai Ioannetti à S. Angelo hunc Librum (cui titulus est Anagrammatum Tractatus Nouus) editum à Reuerendo Admodum Patre Magistro Angelo de Omineis Firmano Conuentus D. Augustini de Firmo Priore ingenti cum lętitia legi, relegi, & perlegi, nec in eo aliquid depręhendi, quod Sanctæ Catholicæ Fidei, bonisquè moribus repugnet; Ac propterea tanquam omnibus perutile opus, & præsertim politioris literaturæ candidatis, cum diuinum ferè ingenium Authoris redoleat, týpis mandandum iudico. In cuius rei fidem subscripsi.

Magister Fr. Stephanus Maginus Corinaltensis Augustinianus publicus in Almo Maceratensi Collegio Theologus.

Fr. P. vidit, nihil contra fidem, nec contra b. m. inuenit, si placet Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Episc. Macer. Imprimatur.

Imprimatur Io. Baptista Alaleo Protonotarius Apost. Vicarius Gen.

Magister Fr. Stephanus Maginus pro Reuerendo admodum P. *Magistro Pio Ioannino de Bononia Inquisitore Generali Anconæ, & Annexorum. Vidit, & approbat.*

Imprimatur Fr. Io. Andreas Romanus Lector Theologus, & Vic. Sancti Officij Maceratæ.

SO-

SONETTO

DEL SIGNOR ACADEMICO CATENATO
detto l'Auuinto.

I N L O D E

Del Molto Reuerend. P. *Maestro*

ANGELO OMINEO FIRMANO

Sopra l'opera degl'Anagrammi.

MENTRE palesi oscuro senso in carte,
Che tra muti caratteri s'asconde,
Come si possa il tuo sauer n'infonde
Vincer', ed auanzar l'arte con l'arte.

Anzi pur mentre hora diuide, e parte
I suoi primi elementi, hor li confonde,
De l'opre di natura alte, e profonde
Vien'il tuo dotto stil'emulo a farte.

Ma certo è scherzo di sublime ingegno,
Ond'hai d'alto volar forza, e costume,
Questo de l'arte tua nouel disegno.

Che sarà poi, se le spedite piume
Spieghi là soura de' celesti al Regno,
E voli Aquila altiera al primo Lume?

Sonetto

SONETTO
ALL' AVTORE DELL' OPERA

Del Signor Girolamo Ruffini.

ANGELO, in tante forme alti concetti
Di tua feconda mente, e raro ingegno
Spieghi, ch'à grandi impreſe parmi degno
Da Dio ſij aſcritto al numer de gli eletti.

Non tanti ſon piacer, tanti diletti
De la felice Arabia entro il bel Regno,
Quanti à goder da le tue carte vegno,
E meco di Thalia figli diletti.

Tal'hor t'inalzi à sì profondi ſenſi,
Che fai ſtupir, chi legge, ò n'ode il ſuono,
E ſiaſi ſcelto ſpirto, e pellegrino.

Così l'honor, il grido, il pregio ottienſi,
Così la palma: onde ſoſpeſo i ſono,
S' ANGEL terren ti appelli, ò pur diuino.

AV-

AVTHORES

In præsenti opere citati.

A

Ambrosius Calepinus August.
Aristoteles.
Artemidorus Daldianus.
D. Augustinus.

C

Catullus.
Cornelius Gallus.

E

Aegidius Columnnius Card.
Ennius.
Esopus Phrygius.

F

Franciscus Bencius.

G.

Guilelmus Blancus.

H

Hieremias Proph.
D. Hieronymus.
Homerus.
Orpheus.
Horatius.

L

Ludouicus Du bois.

M

M. Antonius Bonciarius.
Martialis.
M. T. Cicero.

O

Octauius Camilla.
Ouidius.

P

Pantaleon.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Pomponius.
Propertius.

S

Seneca.
Sixtus Senensis.

T

Terrentius.
Tibullus.
Troianus Boccalinus.

V

Varro.
Virgilius,
Vulpianus.

Sonetto

EPIGRAMMA
IN LAVDEM
R. AD. PATRIS MAGISTRI ANGELI
de Omineis Firmani D. D. Clementis
Sanguinei. I. C. Firmani.

GENS *Antiqua dedit cunctis ſua nomina quondam*
Rebus, & inſeruit nomine cuncta ſuo.
Angelus anguſta ſub lege Anagrammatis illa
Nomina commutans ad meliora trahit.
Grande opus vtrumque, aſt illud ſine lege vagatur,
Iſtud in anguſto limite legis adeſt.

Suſpendit lecto laurus de Flore Coronam,
Quam doctus propria legit Apollo manu;
Iam noua ſollicitat dubias diſcordia Muſas,
Illa cui decoret florida ſerta comas;
Ecce ſuos Vates ad Cœlum tollere Muſæ
Approbat illa ſuum; Calliopea ſuum:
Quin ſummus Iudex litem definis Apollo?
Angelicam frontem nobile cingat opus.

Eiuſdem.

AD

AD REVERENDVM PATREM MAGISTRVM
Angelum de Omineis ſub Themate Natalitio
Franciſci Petrarchæ, & Reuer. P. Magi-
ſtri Angeli Auguſtiniani Firmani è
Rocca contrada oriundi.

D. Fulgentius Belus Rocchenſis Phyſicus.

NON valet, vt corpus depingi mentis imago
Iſtis vna tamen mens, facieſq; fuit.
Amborumq; vnam ſeruabant aſtra figuram.
Phœbo Hermes prima iungitur ipſe domo;
Carmine gaudebat ille, & tu Carmine, & ambo
Hætruſcos inter candidus eſtis olor.
Ille dedit ſacris operam, tu ſacra miniſtras,
Cælebs tu, Cælebs, ſed fuit ille prius.
Ille habuit varias linguas, ſermonis Aymarri
Hiſpani, & Græci dogmata docta tenes.

AD REVER. AD. PATREM MAGISTRVM
Angelum de Omineis Firmanum, cui nomen fuerat.

Thomas.

VNus te dicit Thomas, vocat, Angelus, alter
Siq; bene aduertas, dixit vterque bene.
Noſti etenim, quæ mundus habet, quæ dirus Abyſſus
Quæcumq; Angelica mente repoſta manent.

Eiuſdem Authoris.

AD

AD AD. REVER. P. MAGISTRVM ANGELVM de Omineis ANAGRAMMA D. Vincentij Synigardi Firmani. II. Profefs.

Angelus de Omineis Prior dignissimus Firmani Conuentus Sancti Augustini omni scientiarum, & Virtutum genere perornatus, atquè absolutus.

ANAGRAMMATISMVS.

E superis quidem in Orbem venisti, ò Vir insignis, ò Vigilantissime Pastor, tui vultus venustas, & Decor, gratum nomen, mens rara, facta innuunt.

DISTICHON.

E superis Vigilans venisti Pastor in Orbem,
Facta, decor, Nomen, Mens quoq; Rara docent.

Eiusdem.

Pater Angelus de Omineis Firmanus.

ANAGRAMMATISMVS.

Vir en magna sapis, & ore mel fundis

IN LIBRVM DE ANAGRAMMATISMIS

Authori Clarissimo Angelo Firmano, Augustinensis familiæ Cœnobiarcæ R. P. Antonij Donati Romani è Societate Iesu.

EPIGRAMMA.

QVI præit, & docto soluens Anagrammata nodo
Tentat inaccessam per Iuga dura viam,
Voce Hominem haud sonat ingenti; neque viribus vrget
Vllius expertum nobilis Author opus.
Primus inassuetos audet perrumpere calles
Ire per, & septos Vepribus vsq; locos.
ANGELVS *hic: quando, via densis obsita dumis*
Non nisi Cœlestem quæsiit arcta ducem.

Ad eundem Authorem Anagrammatum celeberrimum.

EMBLEMA.

FLauenti quondam, quicquid contingeret, auro
Ditauisse Midam, Garrula fama tulit,
Illum adeò in pretium, potuisse, & fluminis Vndas
Vertere, lenæos, & potuisse cados.
Haud aliter conuersa tua, pia nomina, dextra
Angele, Diuinum te reperere Nidam.

Eiusdem

De

De Angelo Anagrammatum Authore.

EPIGRAMMA.

D. Syluij Syluij.

FLammis Eoo Phœbus, vt primo rubet
Polum retexens; arcta quæ nodo, suas
Opes reclusis Orbe Pæstano rosa
Rubicunda ridet Sydere effulgens nouo:
Nexu soluta Nomina arcano, nitent,
Opesquè retegunt sydere occultas nouo;
Nitere melius Angelo haud Phœbum decet.

AD AVTHOREM OPERIS.

Reuer. Ad. P. Magistri Angeli de Omincis Firmani.

D. Antonij Mori Firmani II. & Sac. Theol. Profess.

DVm tua diffusis lucent Anagrammata chartis
Æternos nunquam non habitura dies,
Grande opus ingenio; tamen altius extitit arte
Quæ potuit tenebris explicuisse iubar.
Ars stellis æquanda nihil diuinius illa
ANGELVS ingenio est, ANGELVS arte magis.

Eiusdem.

Discreuit confusa chaos elementa CREATOR
Dispositq; Potens ordine cuncta suo.
Iste DEO similis confusa elementa diremit
Nominibus. Mundum condidit ergo nouum.

Eiusdem.

Eiusdem.

Meonios tua fama sinus trans vecta volatum
Explicat Hesperidum littora nota petens.
Quin Natura tuo (si fas est dicere) gaudet
Ingenio, vires post habuiße suas.
Fortunate PATER, natura viribus impar,
Muneris obsequio prorogat illa dies.
Teq́; orat supplex, & nomina plura dedisset,
Sed dare, quod voluit, non potuiße reor.

Eiusdem.

En tua Musarum rapuere Anagrammata mentes.
En tuas Apollineas edocuere domos.
Ars noua PICENO dilabitur æquore: fundunt
Singula verba rosas, singula verba fauos.
Vtq́; trahit tellus varijs interlita gemmis
Lumina. Lectorem sic trahet istud Opus.

EPIGRAMMA.

Fœlicis Perotti Ophydani Augustiniani.

IMpia Cretensi miro fabricauerat aura,
Dædalus ingenio, corda vorata gemunt.
Dogmata difficili tradens Anagrammatis arte
OMINEVS suaui Pectora melle fouet:
Quilibet eximios venerabitur ore labores,
Perpetuòq́; recens Orbis habebit opus.

AD

AD LECTOREM.

De difficultate Anagrammatum, & facilitate Authoris.

HEXAST.

R. D. Lazari Marcelli Rocchenſis.

HActenus *inſcripſit perdocta Anagrammata nullus,*
Quid mirum? Ingenium, hoc grande requirit Opus.
Nunc homo cur facit Homineus cognomine dictus?
Angelus officio eſt Nomine, & Eloquio,
Si fortè auſcultes Myſteria ſacra docentem;
Angelus eſt, dicas, miſſus ab Empireo.

Ioannis Cordiali Galli ex Aruerna Prouincia

ACROSTICHA.

In laudem Patris Magiſtri Angeli Firmani Auguſtin an .

A A*Vguſtinus ouans nunc Ange um habere paratum*
N *Nil Firmanus, quam firm petitq; Poli*
G *Gaudeat Vrbs princeps talem reperiſſ oquentem,*
E *Ecce patent fructus Angelus hæret ei*
L *Laus, Nomenquè tuum terras nunc lampade luſtrant*
V *Vbe vobis Iuris, qui nihil arte precis*
S. *Sat facitis Chriſto, cunctum vox Angeli apellans*
F *Fac modò, quæ moriens facta fuiſſe voles.*
I *Inſtauratq; diem y obbæ Firmanus aperta*
R *Ritè ferens quicquid pagina ſacra iubet;*
M *Mortales grandes Firmani dicite laudes,*
A *Angelus ille tenet nomen ab Orbe charum,*
N *Noſtra tibi Antiſtes Pegaſea Muſa cohoneſtat*
V *Virtutem primam ſancta loquela putans;*
S. *Sic Firmus, Firmans, Firmanus firma peroptans*
Firmiter hæc firmat, mens tua firma Deo.

AD

AD AVTHOREM

Anagrammatum.

D. Octauij Ciccarelli Regij.

CVm voces mutare iubes, heu nomina frangis
Verba minutatim per ſua membra ſecas,
Integra nulla manet tibi ſyllaba, ſcinditur omnis,
Nulla ſuo reſtat litera rapta loco,
Vt noua componas, tu verba priora reſoluis,
Vtq; alia efficias nomina, facta ruis.
Non ruis (ah fallor) duplicas; non deſtruis, auges:
Nempe vnum quod erat, iam duo ſenſa facis.

Ad Authorem Operis.

D. Alexandri Synigardi Firmani I I. Profeſſ.

Pater Angelus de Omineis Firmanus.

Anagrammatiſmus.

Aue Magne Vir Flores mentis pandis.

CAPVT PRIMVM.

De origine, dequè Anagrammatum dignitate.

ERVDITISSIMORVM neminem latere arbitror, talem, & tantam olìm Anagrāmatum auctoritatem, dignitatemquè extitisse, vt ipsimet Hebræi, necnon Græci, quin & Plato ille diuinus à Diuo Augustino dictitatus in Cratyllo, Æsopus Phrygius, ac Orphæus hanc exprimendi peritiam habuerint; quinimo adstruunt teste Sixto Senense viro doctissimo, partem esse Cabalæ, secretioris eius nimirum Anagogicæ, vel Allegoricæ Sapientiæ, quam eorum Patres à maioribus per manus traditam paulo post tempora Moysis accepere, licèt dein dicat, non satis sibi compertum esse, quandoquidèm, & antiquissimi Græci talem artem calluere; Vt vt attamen sit, ex Diuo Hieronymo colligitur, Hebræis principio est tribuenda talis Anagrammatizzandi ars, vt inferius liquidò constabit: Taceo recentiores latinos, qui hanc eandem artē plurimi fecère, inter quos Frācifcus Bēcius Vir undequaquè ornatissimus, & Marcus Antonius Bōciarius ille à Perusia, quē mortis inuidia præuētus Apollo ipse lachymatur: Octauius Camilla Genuensis Com. Pal. Phylosophiæ & Medicinæ Doctor clarissimus: Ludouicus Dubois Gall: Sen. & humano, & diuino iure laureatus; alijquè innu-

Plato. D. August. Esop. Phryg. Orphaus. Sixtus. Sen. D. Hierony. Franc. Benc. M. Ant. Bonc. Octau. Cam. Lud. Dubois.

Hierem. Prò-pheta. c. 25. meri, ſed vnus pro mille Hieremias Propheta adſit, qui in Vaticinio aduerſus Regem Babilonis Anagrammata ferè præſtitit, ne contra ſe Regem ipſum apertè irritaret; legite Capitulum 25. quo in loco commutatis elementis artificioſè quidem confecit Anagrammatiſmum in Hebræo; ſcripſit enim vt Hebręus Hebræis Hebraicè com-*Sixtus Sen.* mutando Babel in Seſahc(quamuis Sixtus Senenſis legat Secac) innuens per vocabulum Seſach iuxta Anagrammatis expoſitionem intelligi oportere nomen Babel. Ob-*Hieronymus.* ſeruandum verò eſt, vt Diuus Hieronymus ibidèm refert, quod ſicut nos Græcum Alphabetum ab α vſque ad ω per ordinem legimus; rurſuſquè ad exercendam puerorum memoriam lectionis ordinem vertere ſolemus, primiſquè extrema miſcere nectentes α,&omega,& β cum ψ ità Hebræi ab א per ב,& ג recto ordine procedunt vſq; ad vltimam ת cui penultima eſt ש, deindè coniungentes ſimul ל occurrit כ,hinc fuit, quod quemadmodum recto ordine Alphabetum percurrentes legimus Babel, ità permutato ordine legimus Seſahc, ſed ablatis literis vocalibus, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicæ minimè ponun-*Nota.* tur: Apud autem latinos talem ordinē obſeruando yzyto ſonaret Babel, valdequè quippè miror; etenim apud etiam latinos tali ordine ſeruato malè ſonat, ſicut apud Hebręos, nam, Y, idem eſt, quod vade, & Zyto, deriuatum à Zytum Zyti nil aliud præſeferens, quam potus quidam è *Vulp l. ſi quis Zytum.* frugibus ab Aegyptijs excogitatus. Vulpian: tit: de Trit: & Vino leg: l. ſiquis Zytum inquit, & cœtera pro hominum affectione; quarè ſiuè Hebraicè, ſiuè latinè ſumatur, vbi vbi malè ſonabit. Præterquamquod apud latinos illa Pithagorica adeſt litera y, quæ vitiorum, ac *Virgilius.* virtutum viam demonſtrat, quam quidem ſignificationem hiſce verbis Poeta deſcribit:

Litera Pithagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Humanæ vitæ ſpeciam præferre videtur,

Nam

Nam virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemquè aditum primum spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in vertice summo;
Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta
Præcipitat captos, voluitquè per ardua saxa.

Verum enimuerò cum post naturam lapsam proni magis ad malum, quàm ad bonum simus, hinc mala (vt veterum probat auctoritas) coniectura ex nomine Babel potius colligitur, quàm alitèr, & reuerà Babel confusio sonat, sed vt superius dixi, conueniunt non sine maxima admiratione; Ast ordine Anagrammatum recto seruato Babel non ampliùs Babel, sed Belba, vel Abelb, vel Balbe, Blabe, Bleba, Belab legeretur, quorum nomina nil boni quippè annunciant, quandoquidèm Belba idem est, quod Hyena ferarum omnium astutissima, crudelissimaquè, quippèquę imitatur sub noctem humanos gemitus, vt homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes deuoret, teste Plinio lib. 8. c. 30. asserente Hyenis vtramquè esse naturam, & alternis Annis mares, alternis fœminas fieri, idēq asserit Ouidius lib. 15. Metamor. Abelb, idest occisus interpretatur, & b, quia baculo occisus à Caino germano suo fuit. Balbe à balbo, vnde illi Balbi dicuntur, qui lingua hæsitant, distinctequè voces efformare haud valent. Blabæ quasi blasphema bellua. Bleba monstrum balans, sic, & Bleptæ dicuntur quidam populi Aefricani sine capitibus habentes in pectore vultum, vt libro primo auctor est Pomponius, idemquè est iudicium de cœteris nominibus supra deductis; satis igitur superquè pro liquido apparet, quanta sit energia, dignitas, auctoritas, & antiquitas Anagrammatum, secretissima (Bone Deus) arcana in ipsis referuntur, illa etenim eadem eiusdem dictionis elementa prius numericè dissita, atquè disiuncta, iterum nouo ordine transposita, connexa, conflataquè ex illis syllabas nouas, voces orationis, partes, & propositio-

Anagrm. diuersa super Babel.

Plin. lib. 8. c. 30.

Ouid. lib. 15. Metamor.

Pompon. lib. p.

nes diuerſorum intelligentias ſenſuum, ac ſecretiſſima arcana propalant: Nonnullos nihilominus eſſe, qui vniuerſum hoc Anagrammatiſmi genus explodunt, illudquè in angulos reijciunt, tanquam fortuitum, & chimericum, uel inane haud ignoro, ſed (naſutorum pace dixerim) cum ipſi Anagrammata conficere minimè polleant, proindè ſocios quærunt, omneſquè ſibi ſimiles eſſe appetunt hocquè cum fieri haud poſſit, hinc illos irrident, ac ſubſannant. Quocircà temperare mihi non poſſum, quin exclamem, ò ineptos, ò bardos, & ab omni iudicio derelictos, qui communes dumtaxat vias ſcire quærunt, & ſtolidi tanquam pecudes be, be, dicentes ambulant, ſuntquè inſuper in hoc Vulpibus ſimiles, quæ cum quadam die caudam amiſiſſent, cœteris perſuadere nitebantur, vt onus minimè neceſſarium, eam reſecarent, ò ſeculum inſipiens, & inſacetum; neſciunt illi Anagrammata conficere, & ne ſoli ſine caudis, turpiterquè deformati, ac ignorantes incedant, ſocios quęritant. Non deſunt tamen alij, qui illud perquam maximè admirantur, & vſque in Cœlum meritò quidem tollunt, aliter dicendum eſſet, ſupracitatos tam graues ſapientes, & Hieremiam Prophetam, nec non Hieronymum ſanctiſſimos abſurdia, chimerica, & inania hoc circa dictitaſſe; quo quid abſurdius? eh, eh vadant ad Græcum manifeſtiſſima ſunt enim hæc, quàm vt ea neget, vel impudentiſſimus, illos ritè damno, qui Anagrammata immoderatè, ac minus anxiè, inutiliquè labore proſequuntur, illi ergò laude digni ſunt, qui Anagrammata prę ſertim circa ſacram ſcripturam moderatè, & aptè interdùm accomodant, reconditoſque ſenſus, & diuinos ſignificatos efficiunt, ſecus autem de illis dicendum foret, qui Capitula integra, ſacroſquè libros tali Compoſitione ventilare vellent, Anotomiamquè (vt ita dixerim) ad verbum pręſtare multo maximè inſudarent. Quàm igitur digna, quàmquè antiqua Anagrammatum compoſitio ſemper extiterit, ſatis aperte patet; ſed ne longius

Simile.

Simile.

Hier. Proph.
D. Hierony.

ſermo

fermo protrahatur ; ad eorum vtilitatem, Neceſſitatemquè opportunum erit accedere.

CAPVT SECVNDVM.

De Vtilitate, ac Anagrammatum Neceſſitate.

QVAM Vtilis, quamquè Anagrammatum ars neceſſaria ſemper extiterit, demonſtrabo, vt ijs, qui hanc ingenioſam artem, quaſi inutilem,& vanam aſpernantur,obuiem,quid enim Vtilius profectò, præſtantiuſquè eſſe poteſt,ſi diuerſorum intelligentias ſenſuum, ac ſecretiſſima arcana in ipſis referuntur? ſi nomen etenim aliquod ſumatur (& ſi communè) hac tamen noua adhibita Compoſitione, ſemper ferè aliquid admirabilis eueniet: ſed vt res exemplis comprobetur, nonnulla inferius pręſtiti Anagrammata circa nomina communia, vt Vtilitas, & veritas ipſa vnà cum nouitate aliqua, magìs, magìſquè appareat: Hùc accedit, quod ars iſta Anagrãmatizzandi nullo vnquam tempore vileſcere poterit,ſiquidem ſemper noua, & vulgaris haud eſt, & non ad pedagogos, non ad ſimplices Grammatices Magiſtros, vel ad communis literaturę homines, ſed ad viros vndequaquè ornatiſſimos dũtaxat pertinet) *Apothegma.* pulchra nanque non niſi à pulchris,& à peritis) Addo Inſuper Anagrammata in cauſſa eſſe, vt Anagrammatizzantes de facili, leuiquè negocio Procerum, Principum, ipſorumquè Regum, Cardinalium (haud ignota loquor) gratiam conſequantur; legite, relegite, & perlegite Elegias; & Epigrammata Franciſci Benci, & inuenietis *F.Bencius.* Anagrammata non ſolum ad Cardinales,verum etiam ad Sanctos ipſos directa; Bonciarium ſuis in Epiſtolis conſulite,mequè veracem reperietis,& reuera quis,quis Anagrammatizzandi ingenioſiſſimam, ac laborioſiſsimam Compoſitionem non admiretur? eoquè magis cum Adu- *Bonciar.*

lationis

lationis expers Anagramma sit, quod de cœteris Compositionibus dici nullatenus potest, quandoquidem ex eisdem elementis, seu literis absque vlla alteratione, mea prȩsertim Anagrammata expiscantur, & colliguntur; quodquè multomaximum est contra Anagrammatizzantes Zoili, Archilochi locũ habere ad Kalendas Græcas possunt, quoniam hoc circa de proprio, & non de cõmuni, dequè alieno dicere velint, nolint, valent, & quando sola hæc, nullaquè alia vtilitas ex ipsis haberetur (vti de facto habetur) permaxima existimanda est, semper etenim ab omni suspicione latrocinij Auctor ipse vacabit) illudquè Comici dictum locum habebit nunquam, Nihil dictum, quod dictum non sit prius: Obseruandum tamen est, quod sicut intellectus in nobis semper agit illuminando, nequè tamen semper aduertimus; sed passionibus quandoquè sedatis, tunc Intellectus nobis effulget, tunc quasi nobiscum loquitur Anagrammatizzando, tũc suas nobis communicat voces nouas, orationes, propositiones nouas ante silentio præsens, & illas persȩpe admirabiles, & futuras quandoquè, Eam ob rem meipsum declaro, dicens, quod si in Anagrãmatismis aliquando futurum aliquod, prædicitur illudquè provt literæ adinuicem coniunguntur, euenit, inane, fictitium, & chimericum esse apertissimè confiteor, certissimum nanquè est, quod nec Arioli, nec Astrologi in Anagrammatismis locum habẽt; Verum si noui aliquid prout literæ conueniunt in Anagrammatismis accidit, non literȩ, non Anagrammatizzãtes sunt in caussa, sed solus Deus optimus maximus, qui scit, potest, & reddit homines, quando vult, fortunatos; Nullus igitur propter Anagrammata credat se fortunatum euadere, sed speret, & confidat in Domino Deo, qui solus, & simpliciter fortunatos reddit, vt inquit Aegidius noster Columnius Cardinalis, & Archiepiscopus Bituricensis in commentarijs super Recthoricam Aristotelis lib. primo, & hæc sunt verba formalia; Nullus benè fortunatus

Nota. *Nota.* *Terren.* *Nota.* *Mens Auctoris.* *Aegidius Colum. Card. in Recth. lib. p.*

tunatus simpliciter erit, nisi habeat Deum ductorem sui; addens insuper ideò simplices homines, conuenit, vt plurimum esse magis fortunatos, quã astutos, & versipelles; Vtile, vtile ergo, & necessarium Anagramma est ad quęstum, ad ocium, ad voluptates, adquè amicitias iniendas, & curnon ad Cifras accommodandas?

CAPVT TERTIVM.

Quotuplex sit Anagramma.

INTER coetera, quæ Phylosophorum gloria summus Aristoteles præcepta reliquit, hoc vnum inter alia extitit, æquiuoca nimirum prius esse distinguenda, quam diffinienda; Cum igitur hocce nomen Anagramma de Isogrammate quoquè dicatur, operepreciuni est, vt prius distinguatur, quam diffiniatur, aliud ergò est loqui de Anagrammatei, & aliud de Isogrammate; Anagramma nanquè conficitur simpliciter ex ipsismet numericè, & specificè elementis, Isogramma vero ex elementis tantum, diuersis tamen specificè, & quotquot literæ reperiuntur in nomine, totidem, & in Isogrammate, Iso enim græcè est aeque latine, *ἰσότης* ęqualitas litera sonat. Verum quoniam difficilia isthæc sunt explicatu, vt facilius intelligantur, exemplum illud adijcio quod apud Bibliothecam sanctam Sixti Senensis reperitur videlicet.

Arist. lib. p. de Cœlo, & Mundo.

Aliud est Anag. & aliud Isog.

Ethimologia.

Sixtus Sen. lib. 5. p. 316.

34. *Illa dies pereat, quæ me produxit ad ortum*

34. *Nec videat nox illa Auroræ nobilis ortum*

Quo in loco notandum est triginta quatuor esse literas primo in versu, totidem in secundo nec plures, nec pauciores, & sic planè constat in Isogrammate literarum numerum dumtaxat considerari, aliud exemplum.

Sit nox grauis, nec laudis digna fauore

Stet disiuncta procul à verè lucis honore.

Quibus

Quibus in Versibus si numerentur elementa paria quippe sunt, quamuis secundus versus etiam adnotata aspirationis nota, h, non constet nisi ex elementis trigintisquinque, hinc duos illos versiculos appono, quos ad Amplissimum Cardinalem Scipionem Burghesium Romanum misi, vnà cum nonnullis Anagrammatismis, qui ambo costant ex elementis quadraginta septem, vt est videre.

47. *Scipio Burghesius ter magnus in orbe vocatur,*
47. *Littera non opus est, nomen, solumquè notetur.*

Vel aliud exemplum.

32. *Rana nata Matre, ac bubone genite Patre;*
32. *Caue Dei pullos, ne miluus rapiat vllos.*

Plurima testimonia, exemplaque mitto; quandoquidem rudibus me loqui, haud intelligo, hac tantum clausola in pręsentiarum vtar, non esse, meo quidem iudicio, admodum laudabilem Isogrammatis Compositionem, siquidem Poetæ omnes de facili negocio pręstabunt, etenim eo ipso, quod versus formare sciunt, illico, & Isogrammata; atqui non ita de Anagrammate apparet, nam fermè omnes componere versus noscunt, Anagrammata verò conficere (vt ita dixerim) vnus de mille, & ratio est, ni fallor, quoniam ars ista Anagrammatizzandi non habetes, non inexercitatos, neq; communium literarum, & politioris humanitatis expertes requirit, sed vndequaque peritos, illosquè præcipue, qui tanquam nomen suum vocabula quasi omnia teneant, quodquè plurimum refert, ingeniosissimos, nec non, & hoc principalissimum puto, patientissimos expostulat, experto credant Angelo, qui aliquando in illis conficiendis temporum dolores sic circumdederunt, vt nihil supra; Ast dices, isthæc omnia cum vera sint, quomodo sexcenta Anagrammata confecisti? in Epistola ad Lectorem in fronte posita satis, superquè responsum est, quam enim quisq; norit artem, in ea se exercere debet, & vt prouerbio dicitur, oportet remum

Anagrammatum componentem qualem esse conueniat.

Nota.

Prouerb.

rerum deducere, qui didicit, ſiquè interdùm mens defa- *Simile.*
ticatur, non propter hoc arti longum dicendum eſt Vale,
ſed pro illo tunc intermiſtatur, ſic, & Nautæ, & Agrico-
læ quandoquè aſſolent, hinc ortum eſt illud iam tritum
ſermone prouerbium, Omnia cum tempore, quin, &
Cœlum ipſum ſempèr forſan ſudum? minimè verò, ſed *Prouerb.*
vt plurimum impreſſiones patitur peregrinas, & vt ille *Vulp.*
Poeta cecinit.

Non ſemper tetris manant de nubibus imbres
Nec Nereus ſpumans ſempèr ciet æquora fundo,
Sed bene mutatis vicibus poſt nubila Titan
Splendidior noſtris redijt, lucemquè reduxit.

Ad quod igitur natura inuitat, ſequendum eſt, optimum
nanquè eſt naturam ſequi, & præſertim qui perquàm
blandiſſimè inuitantur; Hinc iuſſit Plato, & approbat *Plato.*
Ariſtoteles, vt pueri artes, & ſciencias diſcant, ad quas *Ariſtoteles.*
ſunt inclinati, alitèr aut nunquàm proficient, vel parum.

CAPVT QVARTVM.

De Etrimologia, & diffinitione Anagrammatis.

HVIVSCE nominis Ethimologia dicitur ab ἀνὰ græcè, quod eſt re latinè, & γράμμα, hoc eſt litera, quaſi retrolitera, ſiquidèm litera, quę deberet præponi, retromittitur, & viceuerſa; A nonnullis etiàm dicitur (ſed perperam) ὀνομαστρόφη ab ὄνομα græcè, quod latinè eſt nomen, & στροφὴ hoc eſt reuerſio, vel inuerſio, quaſi retrouerſio nominis, vt Roma, Amor; at meliùs reuerà dicitur, & appoſitius (licet nulla prorſùs ſit de Anagrammatiſmis facta mentio apùd Ambroſium Calepinum Auguſtinianum, & *Ambroſius. Calepinus. Auguſtin.* quod valdè mirum eſt, cum nomen græcum ſit Anagramma in λέξικον, nec verbum qnidèm de ipſo reperitur) Anagramma, ſeu Anagrammatiſmus, ex eo quia

non circa nomina, sed circa elementa, seu literas, & illas diffitas, ac disiunctas nullo penitùs seruato ordine talis retrouersio fit, vt Angelus, Galenus, Vnde dici potest etiam, quod Medici noctesquè diesquè scriptitant, Ana vna, Ana duo, vel Ana tria, nimirùm æquali cum pondere, ità, & de literis æqualibus in Anagrammatismis accipiendis specificè, & numericè dicendum est; quaderè intelligi necesse est, talem Anagrammatum esse naturam, vt omnia omnibus, & paria paribus elementis respondeant, alitèr enim potius, & verius esset figura Anastrophe, quæ est nominum tantùm ordo præposterus. Vnde Versus.

Anastropha.

Pantaleon.

Transtra per, & remos permittit Anastropha dicas.

Virgilius.

Vel illud Virgilij Italiam contra, maria omnia circum, littora circum, sicut, & secum, mecum, tecum, idest cum se, cum te, cum me, &, ni fallor, Anagrammatum Compositio ortum habuit ab Anastrophe figura; liquidò itaquè colligitur ex prædictis, quod Anagramma nil aliud quippè sit; nisi, Quędam Compositio ex Eisdem Elementis Diffitis Præstita.

Diffinitio Anagrammatis.

CAPVT QVINTVM.

De modo componendi Anagrammata.

EX prædictis deueniendum est in præsentiarum ad modum componendi, vt vnusquisque suo proprio Marte Anagrammata conficere possit: modus igitùr talis erit, nomine nimirùm prius adinuento, statim illud scribat, exinde numeret, quot elementa, seu literæ in nomine illo, cognomine, patria reperiuntur, concordantibus postea numeris, elementorum species distinguere debet, vt ipsa Anagrammata faciliori modo, componere valeat, tali nanquè adhibito ordine, nullus errandi remanebit

locus

locus. Confideret dein Author qualitates illius viri, Proceris, Principis, vel illius Sancti, circa quem vult Anagrammatizzare, ne abſurdum aliquod, ſeù minus aptum proferat, &, vt Græci dicunt, καὶ πρόσωπον, ſiquidèm in *Dicterium* Anagrammatiſmis ſempèr ferè boni aliquid, vel mali colligi poteſt; Ego verò pro viribus circa veritatem ſempè inſudaui, vt Anagrammata magìs propria è calamo foris prodirent, ſed vt clarius, quæ de hoc genere Anagrammatum dicta agnoſcãtur, ac ſimùl, vt ordinem hactenùs ſeruatum proſequar, exemplum ſubijciam, difficillimis enim in rebus nulli, aut labori, diligentięquè parcere continuè conſentaneum exiſtimaui; exemplum igitur tale ſit, quod in honorem tanti mei Patroni concinnaui.

Numerus Literarum

S	A	N	C	T	V	S	I	O	A	N	N	E	S	E	V	A	N	G	E	L	I	S	T	A.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	13	15	16	17	18	19	02	21	22	23	24	25

HOC in exemplo elementa, seu literæ, vt clarè constat, vinginti quinquè sunt, taliquè ordine distinguendę; distinguenda tamen prius elementa in hanc formam subsequentem consonantium, & Vocalium sunt verbi gratia.


Numerus

Numerus diuerſarum literarum.

4 1 3 1 2 1 4 1 4 2 2
Aaaa.c.eeee.g.i i. l. nnn n.o. ssss. tt. uu.
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25.

Numerus ſuperior elementorum.

HOC facto, conſideraui conditiones, optimas qualitates, Vitam Angelicam, necnon familiaritatem maximàm, quam Diuus Ioannes cum Ieſu Chriſto Noſtro Saluatore, & Redemptore tenuit, huncquè diuinum conceptum ex eiſdem literis hauſi videlicèt.



Ele-

Numerus Literarum

S	A	N	C	T	V	S	I	O	A	N	N	E	S	E	V	A	N	G	E	L	I	S	T	A.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	13	15	16	17	18	19	02	21	22	23	24	25

HOC in exemplo elementa, seu literæ, vt clarè constat, vinginti quinquè sunt, taliquè ordine distinguendę; distinguenda tamen prius elementa in hanc formam subsequentem consonantium, & Vocalium sunt verbi gratia.

Numerus

Numerus diuersarum literarum.

4 1 3 1 2 1 4 1 4 2 2

Aaaa.c.eeee.g.ii. l. nnnn n.o. ssss. tt. uu.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25.

Numerus superior elementorum.

HOC facto, consideraui conditiones, optimas qualitates, Vitam Angelicam, necnon familiaritatem maximàm, quam Diuus Ioannes cum Iesu Christo Nostro Saluatore, & Redemptore tenuit, huncquè diuinum conceptum ex eisdem literis hausi videlicèt.

Ele-

Numerus Literarum

S	A	N	C	T	V	S	I	O	A	N	N	E	S	E	V	A	N	G	E	L	I	S	T	A.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	13	15	16	17	18	19	02	21	22	23	24	25

HOC in exemplo elementa, seu literæ, vt clarè constat, vinginti quinquè sunt, taliquè ordine distinguendę; distinguenda tamen prius elementa in hanc formam subsequentem consonantium, & Vocalium sunt verbi gratia.

Numerus

Numerus diuersarum literarum.

4	1	3	1	2	1	4	1	4	2	2

Aaaa.c.eeee.g.i i. l. nnnn n.o. ssss. tt. uu.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25.

Numerus superior elementorum.

HOC facto, consideraui conditiones, optimas qualitates, Vitam Angelicam, necnon familiaritatem maximàm, quam Diuus Ioannes cum Iesu Christo Nostro Saluatore, & Redemptore tenuit, huncquè diuinum conceptum ex eisdem literis hausi videlicèt.



Ele-

Numerus Literarum

S	A	N	C	T	V	S	I	O	A	N	N	E	S	E	V	Á	N	G	E	L	I	S	T	A.
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	13	15	16	17	18	19	02	21	22	23	24	25

HOC in exemplo elementa, seu literæ, vt clarè constat, vinginti quinquè sunt, taliquè ordine distinguendę; distinguenda tamen prius elementa in hanc formam subsequentem consonantium, & Vocalium sunt verbi gratia.


Numerus diuersarum literarum.

4	1	3	1	2	1	4	1	4	2	2
Aaaa.	c.	eee.	g.	i	i.	l.	nnn	n.	o.	ssss. tt. uu.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25.

Numerus superior elementorum.

HOC facto, consideraui conditiones, optimas qualitates, Vitam Angelicam, necnon familiaritatem maximàm, quam Diuus Ioannes cum Iesu Christo Nostro Saluatore, & Redemptore tenuit, huncquè diuinum conceptum ex eisdem literis hausi videlicèt.



Ele-

Numerus diuersárum literarum.

4 1 3 1 2 1 4 1 4 2 2

Aaaa.c.eee.g.i i. l. nnn n.o. ssss. tt. uu.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25.

Numerus superior elementorum.

HOC facto, consideraui conditiones, optimas qualitates, Vitam Angelicam, necnon familiaritatem maximàm, quam Diuus Ioannes cum Iesu Christo Nostro Saluatore, & Redemptore tenuit, huncquè diuinum conceptum ex eisdem literis hausi videlicèt.

Ele-

Elementorum numerus primus.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
N	O	N	N	E	S	A	T	A	C	A	T	E	S	S	I	A	N	G	E	L	V	S	V	I?
3	9	12	18	13	1	2	5	17	4	25	24	15	14	23	8	10	11	19	20	21	6	7	16	12

Numerus conficiens à, i, vſquè ad 25. Sanctus Ioannes Euangeliſta.

QVO in Anagrammatiſmo tot elementa, nec plura, nec pauciora reperiuntur, quot in nominibus Sanctus Ioannes Euangeliſta, vt numeranti liquidò conſtabit, nec ab re numerum adnotaui; ſed benignus aduertat lector, quod numerus ſuperior adnotatus eſt elementorum tantùm, inferior verò eſt, ex quo Anagrammatiſmus componitur, vt gradatim iuxta numeri ſeriem in conniuentibus oculis aſpicienti quadrabit: Obſeruandum verò eſt, quod ſi in nomine, ſeu cognomine, vel Patria ſyllaba aliqua cum Anagrammate in principio nominis, in medio, in calceuè conueniat, dummodò non eundem penitùs ſenſum faciat, vt ſi in nomine eſſet Angelus, & in Anagrammate Angulus, Roſatus, & Rorifer in re tam difficili liberè concedendum eſt. Diphthongi verò, vt ſunt, currant; Sed dicet fortaſsè quiſpiam, habebunt ne in Anagrammatiſmis locum figuræ, & præſertim Protheſis. Aphęreſis, Syncopa, & Appocopæ, quæ circa literas fiunt, neutiquàm, ſed ſolum de Protheſi concederem, quæ caput apponit, ità tamen quod non ſit pro licentia, vt gnatus, pro natus, requiritur enim in Anagrammatiſmis, vt etiam litera, G, reperiatur in nomine, vel cognomine, ſeu patria; Commendo nilominùs non parum Anagrammatizzantis ingenium, ſi in cauſſa eſt, vt natiua quædam facilitas in Anagrammate reperiatur, & præcipuè ſi vnà cum ſalibus, & gratia.

Reſponſio tacitæ ob. ctioni.

De Diphthongis.

De Figuris.

Nota.

CA-

CAPVT SEXTVM.

De licentijs, quas vocant in Anagrammatiſmis accipiendis.

VT igitur ad licentias accipiendas deueniam, prius præſupponendum eſt, quod ſi Anagrammata quis præſtare abſq; licentijs poterit, proculdubio pulchriora, venuſtiora, & admirabiliora erunt, licentiæ etenim nil aliud apud me ſunt hoc in genere, quàm errores, itaquè licentia, & error in præſentiarum adinuicem conuertentur, vnumq; pro altero vſurpabitur. Errores igitur, vel licentiæ, quas licitè Anagrammatizzans in Anagrammatiſmis accipere poterit, tres tantum erunt, nec plures, nec pauciores, nimirum addendi vnam, diminuendi alteram, alteramquè commutandi, vbi verò plures licentias, quàm tres adinueneris, ſit tibi Anagramma tale tanquam inordinatum, inconcinnum, ac deforme; nec me præterit, nonnullos extitiſſe, qui, & quinq; & ſex licentias accepere, prẹloquè tradere ſic mendoſa veriti ſunt minimè; Taceo Inſuper modeſtiæ gratia illos, qui tam impropria, informiaq; præſtitere, vt nihil ſupra; Caueant, caueant proindè deinceps imperiti, & ſe ab hoc compoſitionis genere altiſſimo abſtineant, non enim ad ſimplices literatos (vt ſuperius dixi) ſed ad omnigenẹ literaturæ viros pertinet; aſt ad penſum, longius fortaſſe ſum digreſſus; appono igitur exempla, vt tanquam in aprico licentiæ omnes videantur.

Tres licentiæ tantum accipiẽdæ in Anagrammatiſmis.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

De licentia prima in Anagrammatiſmis accipienda.

ILLAM inter licentias minimam eſſe (vt mea quidèm fert opinio) exiſtimo, quam vocant commutationis, quæ tunc accipitur quotieſcunquè vnum pro altero elemento vſurpatur, ſcilicet à, pro, b, c, pro, d, m, pro b, & cœtera huiuſmodi; ſed vt facilius, quod dico intelligatur, adhuc exemplum affero, vt ſuperiorem ordinem ſequar, ne quid ad materiæ obſcuritatem luminis deeſſe videatur, illud igitur tale ſit, quod in honorem Beati Philippi Neri concinnaui.

PHILIPPVS NERIVS SACERDOS.

Anagramma.

Phi; Solus Dei carus Princeps?

ECquis non videt in nomine Beati Philippi Neri Sacerdotis nullam eſſe literam, quæ y ſit? quarè conſtat, quod in Anagrammatiſmo, i, pro y, accipitur, & commutatur, quippèquæ inter licentias minima eſt, eoquè magis, cum idem fermè ſonent, i, & y, & certè pro licentia non deberet poni, nec haberi, vtquè clarius liqueat, en Corcule lector aliud exemplum. Nota.

C FRA-

FRATER ANGELVS DE OMINEIS EX FIRMIO.

Anagramma.

Ingenio, et fide rarus, memoria fęlix.

PRæſens Anagrammatiſmus eſt D. Conſtantij Ronconi Medici Georginatis mei humaniſſimi Præceptoris vndequaquè ornatiſſimi, cui maximè debeo, etenìm cum circa Anagrammata tanquam ὄνος πρὸς λύραν eſſem, ipſe, & viam aperuit, mequè facillimè docuit, cũquè M. Antonio Bonciario Anagramma præſens miſiſſem, maximoperè illud laudauit, etſi licentia commutationis, vt videbitur, in compoſitione ſit ab Authore accepta, & quoniam non iniucundum fore legentibus puto, Epiſtolam ſuam ſi referam, hic apponere ſtudui, cũ ad præſentẽ Anagrammatiſmorũ materiã pertineat.

Prouerbium

Marcus Antonius Bonciarius P. Angelo Omineo Firmano S. D.

INclytum te Concionatorem, & Italica, & Hiſpanica lingua eſſe non ignorabam; ſcribere autem latinè tam affluenter, tam luculenter, quàm præſens Epiſtola teſtatur (ignoſce homini Augelus) non putabam. Gratulor igitur ex toto animo tibi liberalem, & ſolidam doctrinam pari eloquentia, pari linguarum ſcientia coniunctam, & iſtis inuideo Georginatibus, qui pectoris, atquè oris tui diuitijs perfruuntur. Chriſtini Iuriſconſulti propinqui tui beneuolentiam, atquè affectum in me libens amplector; at non libens eximias illas, & longè meritum excedentes, laudationes, quas, vir ipſe lauda-

laudatissimus in me confert Constantius Ronconius, à quo habes (mihi crede) Anagramma nulli concedens eorum, quæ nunquàm homo ingeniosissimus formauit, meo tantum excepto, cui palmam omnes tribuunt, nisi quod mendaculum est, sed non dedecet Poetas, Versus est integer Hexameter; Hic subscribere illud volebam, sed Anagnostæ ad manum non fuit, & vereor si tentem, referre memoritèr, ne quid non meminerim senex minimè memoriosus; silebo igitur potius, quàm mea obliuio deuenustet infantem, cui nascenti omnes Veneres Pater Apollinis filius indulsit, eum mihi resaluta, & tu resalue a Zebellino. Vale Perusiæ Sept. Kalendas Februarij CIↃ IↃCXIII. Sed ad rem, ne fortè videar hac in licentia explicanda nimium detineri. In præsenti Anagrammatismo vnam dumtaxat licentiam sumpsit commutando, i, in, s, vti numerando patebit: Aliud tamèn exemplum apponere studui, vt magis, magisquè clarius licentia talis appareat.

IOANNES AVGVSTINVS ARIMINENSIS DOCTOR THEOLOGVS AVGVSTINIANVS.

Anagramma.

Tu Magister Religionis bonos, doctus, gnauus; suauis nonne ita aiunt?

Pater iste Ariminensis meus Regens fuit, subquè suo regimine Arimini studentium officio Magistri fungebar, & confiteor, quod à nullo alio Regente tãtum didici, quantum ab isto, Viro reuera peritissimo, ac integerrimo, hocquè in suo Anagrammatismo solum, t, per, s, sumpsi, vt superius est videre, verum ne præsens Caput longius protrahatur, ad alias licentias accedam.

CAPVT OCTAVVM.

De licentia secunda in Anagrammatismis accipienda.

EXPOSITA licentia prima, deueniendum est ad secundam, quæ additamenti, seu accessionis nuncupatur, simboleitatemquè cum figura Paragoge habet non paruam; semper etenim talis dicendi modus vnam addit in calce syllabam, nimirùm si est dici, facit dicier, si legi, legier, vnde Versus.

Paragoge.

Appocope. *Pantaleon.*

Aufert Appocope finem, quem dat Paragoge.

VErùm vbi talis dicendi modus figuratus superaddit syllabam vnam, licentia præsens non ad syllabam, sed ad literam se tantùm extendit, hoc autem totum subiecto exemplo clarius explicabitur.

SANCTVS FRANCISCVS PATRIARCHA ORDINIS MINORVM.

Anagramma.

Scis hoc? hic stupor mundi micans fuit, narrans rara.

PErspicuum sanèest, quod si quis ritè enumerare elementa nouit, extemplo aspirationis notam vnam superadditam esse cognoscet, quamuis licentia talis adeò minima sit, quod supra nihil, H, enim non est litera, sed aspirationis nota; nihilominùs tamèn, vt ipsamet veritas superquè satis videatur, nihilquè prorsus hoc in compositionis genere subterfugiatur, adnotaui, ex quo colligi potest, quam angusta sub lege Anagrammata claudantur; en aliud exemplum.

Ignatius

IGNATIVS DE LOIOLA.

Anagramma.

I tu ſigna, tolle odia.

CLarius hoc in Anagrammate acceſſionis veritas patet, ſiquidèm Ignatius de Loiola faciunt elementa ſexdecim, ſed in Anagrammatiſmo decem, & ſeptem ſunt, ſuperadditur enim, t, vt videre benignus lector poterit, ſicuti, & in ſubſequenti Anagrammatiſmo, quod formaui in gratiam D. Octauij Auij Canonici quondàm apud Camertinos, nunc verò Epiſcopi Polignanenſis Vicarius Generalis, cuius progenitores cum liberorum deſſiderio voti cauſſa ſeſe precibus Sancti Ludouici commendaſsent, talem anno poſt filium optimum ſuſcepere.

OCTAVIVS DE AVIS CAMERS PRESBITER.

Anagramma.

Vir Dei, ſacer bonus, te ſperat amicus.

QVo in Anagrammate, N, elementum dumtaxàt adiungitur, nihilquè plùs; reſtat modo, vt in medium tertiam, & vltimam licentiam proferam.

C A-

CAPVT NONVM.

De licentia Tertia in Anagrammatismis accipienda.

TERTIA, & Vltima licentia, quam Anagrammatizzans licitè accipere poterit, diminutionis vocatur, fitquè quotiescunquè in nomine aliquod elementum tollitur è medio, sicuti hoc in exemplo in honorem Diui Dominici præstito videbitur.

SANCTVS DOMINICVS FVNDATOR ORDINIS PRAEDICATORVM.

Anagramma.

D*octus, Doctior fuit, impia damnans, rursus indecora.*

NOnne vides, lector, in compositione elementum deesse? sunt nanquè quattuor. N. & in Anagrammatismo tria tantùm reperiuntur; En aliud exemplum circa meum proprium nomen, & cognomen.

ANGELVS OMINEVS.

Anagramma.

Aue sol geminus.

IN præsenti nomine, & cognomine, N, deest, vt videre licet; exemplum tertium, vt superiorem ordinem sequar.

PATER

PATER MAGISTER HILARIVS ALTOBELLVS DE MONTICVLO.

Anagramma.

Tu noster ille olor, perlaudabilis Mathematicus.

HOc in Tertio exemplo non apparet, g, quæ litera ablata est pro licentia, nihilo tamen secius elegantissimè, vincat veritas, concinnatum est, nam & declamator, & Mathematicus certè optimus est Pater iste, verè hilaris Hilarius; quarè vides lector, quanti momenti, industriæquè, solertiæquè sit Anagrammatismi compositio.

CAPVT DECIMVM.

De licentijs tribus in Anagrammatismis insimul accipiendis.

REVERA maximo cum labore confeci exemplum tribus insimul licentijs acceptis, & quoniam erroribus omnibus in Anagrammatismis accipiendis scatet, adinueni amicum dominum Franciscum Morum vtriusquè legis Doctorem, vt in me patientiam habeat, si Anagrammatismum licentijs scatentem in sui gratiam concinnaui, estquè tale.

FRAN-

FRANCISCVS MORVS LEGIS DOCTOR FIRMANVS.

Anagramma.

Amicus meus rarus, fons, cito, clarus Cignus.

Licentiæ tres in hoc Anagrammatiſmo ſunt, nimirum, A, plus, R, minus, & D, in C, commutatum; Hocce quidèm Anagramma bonum eſt, ſed nonne melius ſi abſquè licentijs foret? ità ſanè, adduco nilominùs exemplum aliud cuiuſdam Authoris ignoti, non vt ſimile compoſitores præſtent, ſed vt euitent, fugiantquè.

HENRICVS QVARTVS DE BORBONIS REX GALLIARVM.

Anagramma.

Dux, honorquè belli regnans aſſumitur ſica.

Hvi, hui quàm ridiculum eſt bone Deus, ſiquidem, N, prius commutatur in B, deſunt, R. R, abundat, S, deficitquè vnum, V, & ſic quinq; breui licentias ſumpſit, quid tibi videtur, reuera (ſi vera ſunt dicenda, vti defacto dicenda) ſunt hæc quidèm bella (vt ille dixit) ſed quorſum tam bella? peroptimus, & veriſſimus eſt ſenſus, ſi tamèn Anagrammata ità concinnare poſſemus, de facili, leuiquè negocio tunc vnuſquiſquè ferè Anagrammatizzaret; Quaderè velis, remiſquè fugiendæ licentiæ ſunt, preſertim quando commodè fieri poteſt, alioquin quæ commodè dici non poſſunt, non dicantur

Nota. *Prouerbium.*

CA-

CAPVT VNDECIMVM.

An Anagrammatiſmus ſimul cum Diſticho ſtare debeat, nec ne?

ABSOLVTIS his, quæ ad Anagrammatiſmum faciebant, non parui momenti hoc in negocio eſſe exiſtimo, nec cognitu indignum, rationem tradere, num præſens compoſitio Anagrammatiſmi ſolitaria, & ſine alterius conſortio ſtare debeat necne, quandoquidèm nonnulli cum Diſticho, alij verò cum Tetraſticho, Hexaſticho, pleriquè cum Octaſticho Anagrammata concinnarunt; Dico igitur ad libitum Authoris profectò eſſe, cum nec Diſticha, nec Tetraſticha neceſſariè Anagrammati coniuncta eſſe debeant: Si quis verò me quid melius ſit interrogabit, vtiquè cum Diſticho multo melius eſſe reſpondeo, atquì non cum quolibet, quandoquidèm opus eſt, vt tale Diſtichon Anagrammati correſpondeat, quantoquè magis Anagrammatiſmi verba intromittuntur, tanto melior Anagremmatiſmus erit; Hinc dicere ſæpè ſoleo; Anagrammata eſſe ſicuti Margarita quædam, vel gemma, ſeu lapis pretioſus, duos verò ſubſequentes verſus, ſeu Diſtichon, ceù annulus aureus, in quo talis ſit incluſa gemma, & quidèm Anagrammatiſmus inſimul cum Diſticho poſitus habet neſcio quid maioris energiæ, venuſtatis, ac grauitatis; ſi quis verò ſecus facere voluerit, eo ipſo intelligat vnumquemquè ſuorum Dominum eſſe actuum, & nihil ad me, hoc mihi ſufficit, quod quæ dixi, ratione comprobaui; Quinimò Anagrammata ſola in lucem edentes, illicò verſus fortaſſis componere, cunctis ſe neſcire manifeſtabit; Hoc interim admonitum Lectorem quemlibet volo; me de re tam noua, ac perdifficili vnico, ſoloquè

Petitio. *Simile:* *Nota:*

Authore, qui, quem ſequi, potuerim, habuerim nemi-
nem, taleſquè tradidiſſe rationes non ſolùm ſic dictan-
te natura, & ratione, ſed & inſudaui, approbatoſquè
Poetas omnes, qui obitèr, ac incidentèr nonnulla ſuis
in codicibus Anagrammata intromiſſerunt, ità diſpoſi-
ta, & perlegi, & adnotaui, & quoniàm breuitate gau-
dent Moderni, hinc magis Diſtichon, quàm Tetraſti-
chon, Hexaſtichon, & Octaſtichon arridebit; Præter-
quam quod maioris ſempèr diligentiæ, ac ſolertiæ mul-
ta breui perſtringere eſt: Rursùs animaduertat lector,
Nota. non omnia mea Diſticha ſemper prorsùs, penitùs, &
omninò Anagrammati correſpondere, ex eo, quia
multoties fieri minimè potuit in verſu Hexamætro, &
Penthamætro, & hoc non ſolum propter Anagram-
matiſmorum longitudines, Sed etiam, quia Nomina
ipſa non ingrediuntur Carmina; Dices, ergo cum
Petitio. Iambicis Anagrammata vnienda erunt? id bonum ne,
an malum exiſtimari debeat, malim hercle pro ſuo quiſ-
què arbitrio iudicet in tanta præſertim rerum; atquè in-
geniorum varietate, Hoc vnum dico, quod ſolùm He-
xametri, Penthametri, Saphici, & Adonici, ver-
ſus mihi ſapiunt, pro cœteriſquè carminibus
manum certè non verterim; Hæc licet
nonnullis leuia, paruiquè mo-
menti videri poſſint, tamen
quoniam à meo mune-
re nequaquàm
abhorrere
viſa
ſunt in calamo relin-
quere, haud
volui.

CAPVT DVODECIMVM.

De ordine nostrorum Anagrammatum.

ANTEQVAM longam seriem Ana-
grammatum aggrediar benignum lecto- *Intentio.*
rem rogatum esse volo, nullo me seruato *Authoris.*
prorsùs ordine circa hanc Anagramma-
tismorum positionem procedere, sed il-
si cuti composui, sic & adnotaui; Quinimò Horatio, *Horatius.*
Tibullo, Catullo, Martiali, Propertio, Cornelio Gallo *Tibullus.*
(vt est videre) talis arrisit ordo, vtquè maior ex illis *Catullus.*
delectatio percipiatur, nonnullas perbreues Enucleatio- *Martialis.*
nes, seu Appendices, ad quos dicata sunt, apponere stu- *Propertius.* *Cornelius*
dui, tali nanquè varietate, ac nouitate hoc opus refertum *Gallus.*
ingratum, nemini fore existimo ordine; hæcquè dicta
sint, ne quispiam admiretur, in tali etenim ordine nullus
pulchrior ordo, ordine isto erit, dequè me conqueri, li-
cebit cuiquè nunquàm; Animaduertat tamen lector,
me non continuè Anagrammata vnà cum Disticho con- *Nota.*
ficere, sed aliquandò quidèm sic, aliquando quidèm non,
& non sic de subsequentibus Anagrammatismis dico,
nam omnia candida, omnia absquè mendis, omnibus-
què maximè propria (quodquè plurimum refert) con-
cinnaui, testes sint mihi, quod non mentior, illi,
qui eos, ad quos data, & missa sunt, agnos-
cunt, sed ad rem, sitquè primo in in-
tuitu Anagrammatismus, quem in
laudem Amplissimi Cardi-
nalis Scipionis Burghe-
sij mei præcipui
Patroni for-
maui.

SOLI

SCIPIO PRESBITER CARDINALIS BVRGHESIVS ROMANVS.

ANAGRAMMATISMVS

Hic Vir à Deo, ter magnus Princeps, Salis, Vrbis, Orbis.

DISTICHON.

Hic Vir Ter Magnus Princeps Salis, Vrbis, & Orbis,
A Superis venit, venit, & egregius.

PAVLVS QVINTVS BVRGHESIVS PONTIFEX OPTIMVS MAXIMVS.

2

ANAGRAMMATISMVS.

Mi Phęnix ! Quis Opibus Summus Paſtor, gnauus, felix vt tu ?

DISTICHON.

Vnica Phęnix, Vnicus eſt Burgheſius Orbi,
Papa ſinus pacis, maximus, omnipotens.

SANCTVS PETRVS APOSTOLVS.

ANAGRAMMA·

3

Tu ſanè Cuſtos, Paſtor, plus?

DISTICHON.

Tu Petrus es Cuſtos, Plus Paſtor, & omnia Certè
Imperio calcas, Lucifer ipſe fugit.

4 *DIVVS LAVRENTIVS.*

Anagramma.

Viuus ardens tuli.

DISTICHON.

Vritur en felix laurus, sed Viuus in igne
Nil crepitat, miror, cum sua sit propria.

5 *DOMITIVS BLANCVS ROCCHENSIS.*

Anagramma.

Bonus Christi miles, ac condus.

DISTICHON.

Ille ego, qui Blancus Rocchensis nuncupor, atquè
Christi sum Miles, Condus, vbique Bonus.

Ad Anagramma Patris Magistri Angeli de Omineis Firmani Responsio Domitij Blancij.

Quem Condum dicis meritò dixisse videris,
Pectore virtutes, Angele, condo tuas;
At Promus potius vellem tibi iurè vocari,
Promere quo possem, Condere quæ potui,
Nuncupor, & Miles Christi, sed inutilis adsto,
Qui me nec vinco, nec vitium supero.
O vtinam monitisquè tuis, precibusquè pudicis
Esse Bonus valeam, ceù Bonus esse velim?

CA-

CAMILLA DE BVRATTIS BONONIENSIS.

6

Anagrammatiſmus

Nobili Vrſo bis dilecta Manna eſt.

DISTICHON.

Dilecta eſt Manna Vrſo, & mel Bis Nobili Alexi,
Sed ſuper vtrumquè eſt ſola Camilla ſibi.

CLEMENS SANGVINEVS DE FIRMO.

7

Anagramma.

Nonne gemmis, ſeù fide clarus?

BENEDICTVS RIVA.

8

Anagramma.

Dic Vir, es ne tuba?

ALE

ALEXANDER STROZZIVS FLORENTINVS
ARCHIEPISCOPVS, ET PRINCEPS
9 TERTIVS FIRMANVS.

ANAGRAMMA.

Sanctitas, Thus efficax, Ros, Principium
Prorsùs Zizaniȩ tollens, ter verè prudens.

SOLEM-

SOLEMNITAS ACADEMIAE CONFERENTIVM SEPTEMPEDANORVM.

10 Anagramma.

Presentatio Deiparę docet, non facias meum semen malum.

EXprimitur in Anagrammate graphicè quidem ipsamet festiuitas Academiæ Sancti Seuerini, vbi singulo quoquè die Martis conscientiæ præsertim casus ventilatur, qua in solemnitate, & hæc Acrosticha præstiti.

S	*Squalebat certè noctis comprahensa sub alis*
A	*Atquè erat in toto pallidus orbe timor,*
N	*Nullus, & in terris lætus tunc ritè iacebat,*
S	*Sydera iam flebant, flumina cuncta quoquè,*
E	*Et lux perpetuò scurrebat turbida fronte.*
V	*Venit, at illa dies terquè, quaterquè micans,*
E	*Et cœli decus, in qua formosissima Virgo*
R	*Ridentes tandem dirigit illa pedes*
I	*In templum, quandò fuit? hæc Vigesima prima,*
NO.	*NOn Arabum tantum messis odora dedit.*

SE-

SEVERINVS GRIMALDVS DE SANCTO SEVERINO.

11 Anagramma.

Sonus; certe Vir omni laude dignus eras? es.

THOMAS FORTVNIVS ASCVLANVS.

12 Anagrammatismus.

Tu munus, forsan hic laus; asto.

ARISTOTELES.

13 Anagramma.

Et R*osa Silet?*

ELoquentiæ symbolum antiquitus Rosa fuit teste Homero, & Plinio libro 21. capite 5. naturalium historiarũ.

MVTIVS PINVS.

14 Anagramma.

Num pius tuis?

TETRASTICHON.

Cum dedit igni dextram, num benè Sceuola gessit?
Maximè; sed Pinus, non Pius ille fuit;
Mutius hic verò Pinus per secula cuncta,
Et Pius, & Pinus dicitur esse simùl.

CAE-

CAESAR GHERARDVS PERVSINVS.

15

ANAGRAMMA.

Re sapiens, surge adhùc rarus.

DISTICHON.

Hic Caesar Rarus, nam factis comprobat ipsis
Gherardus Sapiens nomen vbiquè suum.



HIERONIMVS MANNELLVS ROCCHENSIS.

16 Anagramma.

Nonne hic Vir Malleus, hic Mens, fors?

VIR acris in rebus gerendis eques iste Sancti Michaelis fuit, Municipijquè nostri Primarius quidèm extitit, quorum filij degeneres haud probantur, inter quos splendescit Ioannes baptista Mannellus, qui ob suas innumeras virtutes Duci Sabaudię tam carus, atq; intimus est.

ANTONIVS BENVS IVRISCONSVLTVS SEPTEMPEDANENSIS.

17 Anagramma.

Si intus perabundè omnia scis, et plus, usus nonne est?

PETRVS CHAPVTIVS DE AMANDVLA.

18 Anagramma.

Adhùc vi tua est palma Prudens.

MV-

MVTIVS ACHILLEVS DOCTOR THEOLOGVS SEVERINAS.

19 Anagramma.

Hui lar: solus è Cœlo doctus huc Magister venis.

DISTICHON.

Missus Achilleus Doctor Lar Mutius ipse
E Cœlo solus clarus in orbe Pater.

IOANNES ALTINVS CAMERS.

20 Anagramma.

Rus Amas, non cœnilites.

LIVIVS SVRDONVS AVXIMANVS MEDICVS.

21 Anagramma.

Vox: es Ciuis nil auarus, dumis mundus.

22 TIBERIVS CINCIVS ROMANVS.

ANAGRAMMA.

Vir sic bonus , intimè carus.

DISTICHON.

Vir Bonus es quippè , & magnę spes altera Romę,
Sic Carus cunctis Intimè , & Egregius.

Dum Firmi Progubernator cunctis erat carus , bonusquè uno quasi ore diccebatur.

MARCVS ANTONIVS BVRGHESIVS.

23

ANAGRAMMA.

Hic Vir Magnus, re satus bonus.



VIR

VIRGILIVS CAESARINVS.

ANAGRAMMA.

Vir Cæli, ni ſuis Argus?



RANVTIVS FARNESIVS DVX PARMAE, ET PLACENTIE.

25

ANAGRAMMA.

Cara lux perpetua mundi, & Anni, sat ius feres.

DISTICHON.

Tu Dux, Tu Lux, Tu Rex, Tu Lex semper vbiquè,
Et cunctis Carus, Perpetuusquè decor.

Tametsi Dux iste non sit Rex, Rex nihilominùs est (teste Seneca in Tragedijs Trag. 4.) qui metuit nihil.

SAN-

SANCTVS BLASIVS SEBASTENSIS EPISCOPVS, ET MARTIR.

26

Anagramma.

Si pectinibus satis est percussus; alba sors tamen.

DISTICHON.

Blasius hic Martir Percussus Pectine diro,
Sustinet; & gaudet, Glória nanquè sua.

IOANNES CALAMPOLVS FLORENTINVS;

Anagramma.

I Patriç lumen, fons, Canon, Sol suis.

P. A. T. A. V. I. V. M.

28 **Anagramma.**

Pata Viam.

IOANNES GEORGIVS DVX
29 CAESARINVS.

ANAGRAMMATISMVS.

Vox! Vir sanè Regius, adagnoscis ne?

Heros hic Excellentissimus honore, & nomine quippè est, totoquè genere beneficus (& ipse optimus testis) qui omnibus ità benignè facit, vt nihil supra; Quarè nemo reuerà supplicationum tanto Principi libellos dat, quod Cæsarinum Ducem liberalissimum, munificentissimumquè non prędicet.



IOANNES GARZIAS MILLINVS PRÆSBITER CARDINALIS ROMANVS, ET
30 VICARIVS SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPAE

ANAGRAMMA.

Zelus Agni Dei comedit te, inimicitias, inania omnia, rura non amas, Turris, Vrbs, Pallas, Assessor Principis.

THADAEVS DE ODDIS THEOLOGVS PERVSINVS ORDINIS SANCTI AVGVSTINI.

31 Anagrammatiſmus.

Tu laus, honos ad nos veniſti, id prius hic adde egre gius datus, noſti?

SANCTINVS SPERANDIVS.

32 Anagramma.

En pandis riſus? cantus?

Dum Doctor Iuuenis, comptuſquè adoleſcentulus erat Firmi.

SANCTA CECILIA VIRGO, ET MARTIR.

33 Anagramma.

Magiſtra Cantu, & Cilitio, rarè.

VINCENTIVS CIPRIVS FIRMANVS.

34 Anagramma.

Vir ipſe firmus in cunctis vnà.

ASCANIVS SPERELLVS EPISCOPVS
SANCTI SEVERINI.

35 Anagramma.

Vir sanè è Clero sapiens, iustus, sic plenus pacis.

DISTICHON.

Tu sapis ingenio Vir, tu Vir Iustus in Orbe,
Ascanie Antistes sęcula viue super.

IOANNES IOANNINVS MATELLICATES
EPISCOPVS CAMERINI.

36 Aagrammatismus.

Sic pijs Canon, sic Lumen Patriæ, eia nonne meus sol? ita.

IGNATIVS DE LOIOLA.

37 Anagramma.

Signa, tolle vi odia.

PERVSIA.

38 Anagramma.

Purè ais.

ALE-

39 ALEXANDER CAESARINVS.

ANAGRAMMA.

An cara lux, dies ſerena?

DISTICHON.

Dic mihi Alexander ſi ſol non eſſet vbiquè
Omnia nonne forent lumine clára tuo?

COS-

COSMVS QVARTVS MEDICES MAGNVS DVX HETRVRIAE.

40
ANAGRAMMATISMVS:

Tu es hic dogma, Dis, Mars ſęuus,
Nexquè Turcarum.

DISTICHON.

Ille ego Dux Magnus ſum Coſmus clarior orbe
Turcarum Mauors, Terror, & vltra modum.



PAVLVS QVINTVS BVRGHESIVS SVMMVS PONTIFEX, AC SERVVS SERVORVM DEI.

41 ANAGRAMMA.

Quis es tu ? Sum Paſtor ouium prius, beneficus Herus, grandęuus, ſum Lux.

DISTICHON.

Tu Quis es ? ille ego Sum Paſtor Prius, atquè Ouium Lux
Herus, Grandęuus, ſempèr, & Omnipotens,

SCI-

SCIPIO CARDINALIS BVRGHESIVS ROMANVS.

42

ANAGRAMMATISMVS.

Romę Dos, Vrbis Insignis, ac Pauli charus.

DISTICHON.

Scipio tu Magni Pauli Burghesius ille,
Qui benè sic pascis Vrbis, & Orbis oues.

CAROLVS EMMANVEL DVX

43 SABAVDIAE.

ANAGRAMMA.

Lux, Laus, Deus, ac Maria denuò beam.



DIVVS PAVLVS APOSTOLVS.

44

ANAGRAMMA.

Vas ſudo, vt Salus Populi.

DISTICHON.

Tu Populi Paulus Salus es, nam gloria tanta,
Eſt tua cum rectè dogmata ſancta doces.

OCTAVIVS DE AVIS CAMERS PRESBITER.

45 Anagrammatismus.

Tu sic bonus Sacer Dei superi, ama.

IOANNES SEVERANVS SEPTEMPEDANVS.

46 Anagramma.

An ne venerandus ipse sum postea? es.

VRIEL ROSATVS.

47 Anagramma.

Ius, sal, Vir ero.

IOANNES BAPTISTA ADAMVS DE FIRMO.

48 Anagramma.

Bonus ritè Adamas spem Fani adito.



DOMINICVS RIVAROLA PRESBITER CARDINALIS.

49

ANAGRAMMA.

Mi Vir ad Cęlos aſcendiſti? narra Proli, Vrbi.

CARO-

CAROLVS EMMANVEL
DVX SABAVDIAE.

50
ANAGRAMMATISMVS.

Ibere mox vade, valla, Canus adſum.

Dum bellum gerebat.



VRIEL

VRIEL ROSATVS.

51 Anagramma.

Ter Viro Salus.

CORNELIVS MARGARVCCIVS SEPTEM PEDANVS.

52 Anagrammatiſmus.

En ſumme Prudens, ſuccus, ac gloria Patriæ.

DISTICHON.

Cornelius Prudens dic Margaruccius iſte
Eſt Patriæ Succus, Gloria nonne ſuæ?

PETRVS ROTATVS.

53 Anagramma.

Re Putus ſtrato.

Re Putus hoc eſt ipſe omnino purus, nitidusque vbiquè, ſic, & Plautus in pſeudulo ad hominem tranſtulit, cum ait Polymachæro Placides purus, putus eſt ipſus, noui, &c.

FRA-

FRATER ANGELVS ROCCHA CAMERS EPISCOPVS TAGASTE, ET SACRARIVS SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPÆ.

54 **Anagramma.**

Pange, cane literatorum decor, apprimus Magister, à Sacris Heros, ac castus Pontifici Assistens.

DISTICHON.

Quot tenet astra Polus, tot scripsit, & Angelus iste,
A sacris Papę Clarus in Orbe Camers.

Octastichon in Bibliothecam Angelicam.

Relligio quantum debes, dic, Angelo honore,
Qui libros tantos pręstitit aere suo?
Quis nam vnquàm magnę fuit altera gloria Romæ,
Atquè tuę similem Bibliothecam habuit?
Congeriem librorum aliorum condere magnum est,
At maius proprij viribus ingenij;
Illi ergo assiduis oneramus sydera Votis,
Vt maneat Rocchæ gloria tanta Patris.

Isthæc omnia in tabula aurea minio conscripta cum Per Illustri, & Reuerendissimo Episcopo Angelò Rocchæ meritas persoluere grates nequirem, ceù perenne gratitudinis, & obseruantiæ meę testimonium in Bibliotheca sua Angelica apud Augustinenses asseruantur Romæ.

CAR-

CAESAR GHIRARDVS.

ANAGRAMMA.

55 Ah carus graderis.

P A-

PATER MAGISTER GVILHELMVS VERTECHIVS DE FVLGINEO ORDINIS EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI.

56 Anagramma.

Hic est ille Frater Romę Gimnasiarcha, ingenuus, it grauis, nil eis tumidus, euum portu deget.

ANGELVS OMINEVS.

57 Anagramma.

An vè sol geminus?

FRATER CAROLVS MILANVTIVS ANATHOLIENSIS.

58 Anagramma.

Ah! sile, Armonicus iste rarus, non tua fallit.

IOANNES BAPTISTA RVFFVS.

59 Anagramma.

Si putas, non affabrè tuis?

Hoc est si ritè Ruffum perpendis, propinquis, amicis suis affabrè, siue artificiosè factum inueneris? ità sanè, nam quis Ruffe tui animi candorem, sermonis leporem, vultus maiestatem tanquam in speculo (vt cœteras animi dotes omittam) non videt?

I CARO-

CAROLVS CARDINALIS
60 BOROMEVS

ANAGRAMMA.

Sol orbi carus, ac lumen dans ori.



Hiero-

HIERONIMVS PLVMA CAMERINENSIS DOCTOR THEOLOGVS.

61 Anagramma.

Hic homo Tullius, Patriç, Romę, Musis decor, negas? non.

DISTICHON.

Tullius eſt alter Pluma, & iam dicitur Vrbis.
Atquè Decus Patriæ ſempèr vbiquè ſuæ.

ECCLESIA.

62 Anagramma.

Ecce alis.

ANGELVS OMINEVS.

63 Anagramma.

Nemo Galenus ſui.

DIVA MARIA MAGDALENA.

64 Anagramma.

Dei valida Anagramma.

IOANNES RIGHA DE AMANDVLA.

65 Anagramma.

Ah res digna? de via non mala.

ANTONIVS MORVS EX FIRMIO.

66 Anagramma.

Mira! foris nox, intus Eoum.

Ad Anagramma Patris Magistri Angeli de Ominels.

RESPONSIO.

Antoni Mori Firmani Musis, & Gratijs amicus.

Indicat Agnomen primis fœlicibus annis.
Omen in Ausonia nobilitate Pater;
Hoc tibi nec satis est, maiori accensus honore
Aura dum primum vesceris; astra petis,
Angelicum nomen, nomen tibi denotat Aether,
Inq; Polo, Inq; Solo nobile nomen habes,
Vera hęc nobilitas superis elapsa Theatris,
Me fugit, an poteris nobiliore frui?

VINCENTIVS BRANCADORVS CIVIS FIRMANVS.

67 Anagramma.

Ni carus? ni bonus? sic ter facundus amicis.

MARIANVS NATALINVS PRESBITER E CINGVLO.

68 Anagrammatismus.

Nonne carus, amabilis, Vigil, Tus, Pan terræ.

CONSTANTIVS RONCONIVS E MONTE GEORGINATE MEDICVS.

69 Anagramma.

Age, dic scite? Nonne Turtur gemo sine socia? vt mos, non.

Vir iste amicus meus candidus, cum ad me literas exarasset, quod ob vxoris suæ probatissimæ, optimæquè obitum in mæstitia admodum erat, pro responsione Anagramma tale concinnaui, nè amplius lachrymas profunderet.

CLEMENS SANGVINEVS DE FIRMO.

70 Anagramma.

Nonne fulges amice mi? sundes?

PA

70

PANIS

71 Anagramma.

Spina.

Accipit Spinam Author per translationem pro difficultate, vt Eloquentiæ Parens M. Tull. 4 Tuſcul.

VRIEL ROSATVS.

72 Anagramma.

Tui reor Salus.

IOANNES BAPTISTA MARINVS.

73 Anagramma.

En tibia tua, Mons Parnaſſi.

GASPAR MVRTVLA POTESTAS SANCTI GENESII.

74 Anagrammatiſmus.

Sat argutè Geneſim Poli canit; at ſparſus.

Licet acerrimo Ingenio, ac in ſcribendis Verſibus feſtiuo, Vrbanoquè ſit Murtula, Atticè tamen, non Laconicè totius Orbis Creationem decantauit.

75 *IOANNES FRANCISCVS SIMONETTVS DE OPHTDA.*

Anagrammatiſmus.

PhT! Nonne à ſecretis Domino fidus, ac aſtus?

VErè illos ſub maximo onere eſſe, qui à ſecretis Principum ſunt, dicendi, nam cœtera onera, non onera, ſed potius olera (vt ità dixerim) in reſpectu ſunt dicenda; Hinc cum bellula Meretricula quemdam à ſecretis exprobaſſet, quód nimirùm male olebat, quam citiſſimè ei reſpondit, ecquid mirum ſi tot, tantaquè vetera Domini mei ſecreta in corde, & illa iam putrida gero?

CLAVDIVS ZITELLVS POTESTAS MONTIS GRANARII.

76

Anagramma.

Illuſtris, Zelans, Ponti amicus, Deo ità gratus.

FVLGENTIVS GALLVCCIVS GEORGINAS DOCTOR THEOLOGVS AVGVSTINENSIS.

77

Anagramma.

Vt Sol hic fulges; Vt Doctus ornas; Vt Gallus eò nuncias; ergo gignis, egi.

Petro-

PETRONIVS MANNELLVS.

78 Anagramma.

En Pastor nullus in me.

ACADEMIA CONFERENTIVM SEPTEMPEDANORVM.

79 Anagramma.

Et te Ape Domina duce, num semper firma cano?

Insignis hæc Academia (in qua & ipse tantorum eruditorum benignitate ascriptus sum) pro insignibus examen Apum habet vnà cum Dicterio, Vnus Nullus.

SANCTA *MARIA MAGDALENA* DISCIPVLA *PRIMA* IESV *CHRISTI, ET DOM*INA, *AC PATRONA MEA OBSERVANDISSIMA.*

80 Anagramma.

Colendissima alma Magistra ama, intercede pro nobis pijs, ni (hui) Taratantaram audiamus, sed pace.

Ad Nouissimum Iudicij Diem alludit Author.

Pilatus

PILATVS.

81 Anagramma.

Tu lapis.

Surdior lapide, ſęuior Aſpide, nequior Angue fuit Pontius ille Pilatus, dum tradidit Ieſum Iudeis, vt crucifigeretur, ille inquam Ieſus, qui mitior Agno, clarior Auro, purior Aſtro, Iaſpide lucidior, melle ſuauior, igne micantior eſt, fuit, eternunquè erit.

PATER MAGISTER AVGVSTINVS ANTOLINEZ HISPANVS DOCTOR SALMANTINVS, ET Publicus Primarius lector Scholaſticus apud Salmanticenſes ordinis Eremitani Sancti Auguſtini.

82 Anagramma.

Oh! En Decanus periciſſimus omnium literatorum, ſanctitatis, ac charitatis plenus, Zona ſui Chriſti præcintus, dulcis, liberalis ſatus aggregans ſtudenti annonam, plus? Pauo.

Nil quippè reſtat, quod ad Anagrammatis declarationem faciat, niſi quod Vir iſte omnibus rebus ampliſſimè ornatus, formaquè inſigni procera, celſaquè ſtatura eſt, & ego cum Salmaticæ ſtudens eram, per biennium tanti doctoris Auditor fui.

PHILIPPVS NERIVS.

83 Anagramma.

Phines Vir lippus?

DISTICHON.

Non fuit i'le Phines Lippus, vir maximus armis,
Deneger, & nunquam Nerius iste fuit.

Epigramma, & Epitaphium.

In laudem B. Philippi Neri in gratiam Seuerini Grimaldi in Ecclesia D. Benedicti Seuerinatis depictis in eius honorem argumentis Academiæ festū genialitèr agebatur.

Si benè nos volumus sempèr benedicere Iesum.
Corde quidèm facimus, nam sine corde nihil;
Ast si corde caret iam Nerius iste Philippus
Qua ratione valet dicere grata Deo?
Expedio litem; fœlix nunc Nerius excors
Nunquàm, crede, fuit, nec mea Musa docet,
Non equidèm vnum habuit, sed millia pectore corda
Quin, & cor totus, totus, & ipse pius.

Epitaphium.

Hic iacet extinctus nunc Nerius ille Philippus
Cuius ab vbere sic nomen in orbe micat,
Iustitię cultor, Iudex sibi, crimine purus;
Vidit, quæ nunquàm fas fuit ore loqui.

Octauius

OCTAVIVS BANDINVS PRESBITER CARDINALIS FLORENTINVS.

ANAGRAMMATISMVS.

84 Paſtor nil Infacundus cano, Vir in terris beatus ſedi.

Intelligit Author iuxta Politicam Beatitudinem.



LVDOVICVS DVODECIMVS REX LVTETIAE PARISIORVM, NEC
85 NON GALLIARVM.

ANAGRAMMA.

O Deus in Adiutorium meum intende, ſic laus, lux, gloria, procul raucę.

Voces nimirùm ad laudandum talem, ac tantum Egregium Regem ſint raucę procul, ſed canori adſint Cygni.

ANTONIVS PRIVLVS DVX
86 VENETIARVM.

ANAGRAMMA.

Nonne ſum Vir, Pater, Lux diù Vaſti.

Vaſti nimirùm Maris.



CAESAR

CAESAR GHERARDVS PERVSINVS.

87

ANAGRAMMA.

Vah! es Sacer, rarus, perdignus.

PHI.

PHILIPPVS TERTIVS REX
88 HISPANIARVM.

ANAGRAMMA.

Thus, Lux Turris Papę, ni harpe impijs?

Nam ſi fidelis ſummi Pontificis filius Rex Hiſpaniarum eſt, inimicus etiam, imò harpe, gladius, ipſe eſt inimicis Papę.

Marcus

MARCVS ANTONIVS BVRGHESIVS PRINCEPS SVLMONAE.

89

ANAGRAMMA.

Hic an gnarus primus? ac solus Vrbe eminus potens.



IOANNES

IOANNES GEORGIVS DVX
90 CAESARINVS.

ANAGRAMMA.

Vox! si carus ades, nonne iugis ager?



ANTONIVS SAVLIVS PRESBITER CARDINALIS PROTECTOR EREMITARVM SANCTI AVGVSTINI.

91

ANAGRAMMA.

Ter bone Praesul diu Titan Salueris, at num parta
Turris sic viges contra inimicos?

DI-

DIVVS MEDARDVS GALLVS PROTECTOR ROCCHAE CONTRATAE.

92

ANAGRAMMATISMVS.

Protege terram, Duc Dilectos, Orna charos, Da Vas Cultu.

ANTONIVS SAVLIVS PRESBITER
CARDINALIS PROTECTOR
EREMITARVM SANCTI
AVGVSTINI.

91

ANAGRAMMA.

Ter bone Praesul diu Titan Salueris, at num parta
Turris sic viges contra inimicos?



DI-

DIVVS MEDARDVS GALLVS PROTECTOR ROCCHAE CONTRATAE.

92 # ANAGRAMMATISMVS.

Protege terram, Duc Dilectos, Orna charos, Da Vas Cultu.

SANCTVS FOELICIANVS FVLGINAS EPISCOPVS, ET MARTIR.

93 Anagramma.

Fulges sic Principe tanto? facula muro assiste sinu.

Cum obsessa Ciuitas esset ab exercitu. N. diuus Fœlicianus visus super mœnia Ciuitatis fuit, facem manibus habens.

AVGVSTINVS VRBANVS DE OPHYDA.

94 Anagramma.

Phy! Vir Adę datus, bonus, gnauus.

FRANCISCVS BRVNETTVS DE CAMPLO.

95 Anagramma.

Blandus, carus fert opem cunctis.

SANCTVS STEPHANVS PROTOMARTIR.

96 Anagramma.

Tu per Christum anno post, ast ars.

Martirium nimirùm vnico elapso anno subijt.

Beata

BEATA CLARA DE MONTEFALCONIO ORDINIS EREMITARVM DIVI PATRIS NOSTRI AVGVSTINI.

97

ANAGRAMMATISMVS.

Canto; Mulier fuit, in corde Passionem Iesu, addo,
Trinitatem ibi agnouit (ò ars noua?)

Subintellige lector tantę Nouitatis testimonium.



LA-

LADISLAVS DE AQVINO PRESBITER
98 CARDINALIS.

ANAGRAMMATISMVS.

Adsit Decus Orbi, quale raris lilia pandens.



PAVLVS QVINTVS BVRGHESIVS ROMANVS PONTIFEX OPTIMVS MAXIMVS, AC SERVVS SERVORVM DEI.

99 Anagrammatiſmus.

Vox! mi muſa faue Vati: Summus Paſtor ſi ſurgis, Honor es Vrbis, Lux mundi vtcunquè perpes.

Epigramma.

Eiuſdem Authoris ſuper inſignia Pauli Burgheſij Papę Quinti.

Cur Aquila, atq; Draco, dic Quinti Inſignia Pauli,
Pauli, ter Magni, non ſimùl ambo ſedent?
Diuiſit forſan Burgheſius Imperium ne,
Si Petrus in Cœlis, par, & in Orbe poteſt?
Expedio litem; Quamuis hic nomine Paulus
Eſt Petrus, Petri ſceptra, vicesq; gerit;
Conueniunt ergo ambo re, ſed nomine diſtant,
Non Aquila, atq; Draco diuidit Imperium.

Idem Argumentum eiuſdem Authoris.

Dicite, Pontificum Princeps, ſummuſq; Sacerdos,
Iſta animalia cur Burgheſius voluit?
An quia vult Aquilam Romanis reddere magnam
Proſpera, quæ ſemper ſymbola facta tulit?
Dicite, cur voluitq; Draconem eſt legifer alter,
Qui potius monſtrum, Iuſtitiæq; fuit?
Fallor, fallor; Habet Reginam auium, atq; Draconem;
Nam ſic in Cœlis, ſic & in Orbe poteſt,
Etſi ambo vigiles iam iam volitare videntur;
Signum, quod Paſtor Burgheſius vigilat.

SAL-

SALVATOR IESVS CHRISTVS.

100 ANAGRAMMATISMVS.

Sator, Tu es hic Vir lassus.



FOE-

FOELIX CENTINVS PRESBITER CARDINALIS.

101
ANAGRAMMA.

Super Cardines Cęli Fax ter ibit; non lis.



FRATER NICOLAVS IOANNETTVS DE SANCTO ANGELO.

102 Anagramma.

Nonne Decus, ac tota Laus nostra? tali freno egi.

ACROSTICHA.

QVæ Firmi Dupla dum Magisterij gradu condecoratus fui in laudem Reuerendissimi Patris Generalis typis demandaui vnà cum Disticho ad Insignia eiusdem.

N	*Nubila nunc fugiant, pluuiam nunc tollat, & Aether*	*R*
I	*Iucundum nobis emicet absq; prece*	*E*
C	*Currat, & in terris pleno Clementia cursu,*	*V*
O	*Ornent innuptæ tempora quæq; bene.*	*E*
L	*Libera pendentes iam ventilet aura potentèr*	*R*
A	*Ante capillos, tum candidet indè niue,*	*E*
E	*En venit tanquam nobis ex aethere Numen*	*N*
I	*Iouannetus adest, quid decus hoc aliud?*	*D*
O	*O vos fœlices Pastorem currite laeti*	*I*
V	*Visere, nanq; suas semine pascit oues;*	*S*
A	*Accedens fugat, vt sydus iam lumine cunctas*	*S*
N	*Nubes, ac natos auget amore sui,*	*I*
N	*Ne sis tu immemor, at sis Nicolae tuorum.*	*M*
	ETTE Spes decorans, præsidiumq; Vale.	*E*

DISTICHON.

AD insignia Reuerendissimi Patris Generalis Magistri Nicolai Ioannetti à Sancto Angelo in ambulacro positum Firmi apud Augustinenses.

Phæbus adest; Aurora redit, mala nubila cedunt,
Cedunt dum præstas cuncta serena Rosis.

MO-

MONICA MATER BEATI PATRIS
103 NOSTRI AVGVSTINI.

ANAGRAMMA.

Parens Sancti rogat: Orbis vitia emittit manu.



ANTONIVS PACINVS THEOLOGVS.

104 Anagramma.

Ah nonne tu pius, sic toga lotus.

Vir quidèm auctoritate grauis, pius, ac erga Religiosos perbenignus, nec Saga, sed Toga gaudet.

MAGISTER LAVRENTIVS VRSACHIVS.

105 Anagramma.

Tu ramus circa tres nihil es vagus.

Tu nimirùm Religionis ramus circa tres Theologales Virtutes firmus es.

MAGISTER ANDREAS GELSEMINVS A CORTONA ORDINIS EREMITANI DIVI AVGVSTINI.

106 Anagrammatismus.

Ais, Nonne Regens valdè doctus? amate igitùr eum, si non sitis rami aridi agri.

BENE-

BENEDICTVS SALIMBENIVS.

107 Anagramma.

Ibi Decanus est, bis lumen.

Pro Anagrammatis Responsione Carmina isthæc Canonicus Penitentiarius D. Venantij de Camerino Authori dedit.

Angelus Ominibus Faustum denunciat Omen,
Quod scatet à Firmo, marmoreoq; loco;
Empyreum monstrat primum, celesteq; nomen,
Et gerit à Summo nuntia vera Polo
Omen, & Antiqui re præfabantur in omni
Principijsq; dabant Omina Fausta suis.
Firma domus firmat, stabilitq; cadentia, labi
Ne sinat in terris cum peritura labant,
Ne tua mens erret, sequeris vestigia Patris
Sancta tui, & Doctor diceris esse grauis,
Theologus præstans diuinę, & legis amator,
Atq; testamenti nobilis Archa Noui.
Iure Magistralis tibi tradita Laurea Diuum
Quæ semper doctis est tribuenda Viris:
O quot Virtutes, ò quot Præconia in vno
Subiecto regnant, stemmata, & alta iacent;
Angele, qui tantis titulis fulcitur, & armis,
In terris Petrus, Paulus, & alter eris.

FRATER MICHAEL ANGELVS ANGELINVS AVGVSTINIANVS.

108 Anagramma.

Auunculus meus est, nihil aggregans; inania restat.

VINCENTIVS SYNIGARDVS.

109 Anagramma.

Cygnus diuinus eris Natis.

110 Aliud.

SAT DIVINVS CYGNVS INERIS.

111 Aliud.

INNATVS CYGNVS DIV ERIS.

FAbulosum Gygis annulum, chimericum Midæ aurum, esse qui dubitat? at non sic de tinnula voce istius Vicentij Sengardi dicendum est, quippè qui tam dulciter, tandiuq; cãtillat, quod nemo tã duri cordis, grauisquè supercilij est, qui dulcedine sui cantus penitùs non mollescat; obid enimuerò inter Musas iurè annumerandus est.

Acrosticha

ACROSTICHA.

VIncentij Synigardi Firmani Iuuenis vndequaq; ornatissimi pro responsione Anagrãmatis soli candidi. 111.

A — *Angelus en venit, Ciues, Ioue missus ab alto*
N — *Nobis quo citius currite, signa date.*
G — *Gaudeo, gaudete, lætorq; Iouiq; peramplas*
E — *En grates reddo, reddite vosq; Deo,*
L — *Linquite iam curas, citò currite visere donum*
V — *Visu haud indignum, quod dedit ipse parens.*
S — *Sydera non tanto cœli spledore nitescunt,*
O — *Omineus quanto lumine in orbe micat.*
M — *Mirandum, at non mirandum maiore polorum*
I — *Iste loco venit lucidiore plagis;*
N — *Nectite nunc laudes, dignosq; indicite honores*
E — *Et canite excelso carmina læta Viro.*
V — *Vultus huic nomenq; micans, omenq; refulget,*
S — *Syderea, & Virtus vndiq; in Orbe nitet.*

CAMILLA VRSINEA DE BVRGHESIS

112 ROMANA.

ANAGRAMMA.

Ah! Vrbis Melos, Marci Angela, Dianę Rus.

ALIVD.

CAMILLA VRSINA DE BVRGHESIS

ROMANA.

ANAGRAMMATISMVS.

Sol Vrbis, Angela Marci da munera his.

REX

REX BOHEMIAE FERDINANDVS SECVNDVS IMPERATOR CREATVR.

113

ANAGRAMMA.

Non est Vir Maximus, verè Prudens, ac fortis? ah barde, crede.

NVnc, nunc eminùs fugiant Heretici, sese Turcæ in Caspidos, Hircanos, Caucasosq; Montes abdant, nam Vir iste potens, & fortis in prælio apud vos distri-cto gladio citò erit.



N SAN-

SANCTVS PATER AVGVSTINVS FVNDATOR ORDINIS EREMITANI.

114

ANAGRAMMA.

Nonne iſte ſtrenuus Magnus Patriarca fuit ?
adde Iuſtior.

DISTICHON.

Tu Pater es Magnus Virtute, & gloria noſtri
Iuſtior, & cur non omnibus ordinibus?



AL-

CALVINVS HAERETICVS.

115 Anagramma.

Ah Vultus Canis cerei.

Accipit Author ly Cerei pro ſordido, & vnƈto, vt Martialis ibi, Cerea ſi pendet lumbis, &c. Vnde idem erit dicere, ah Vultus Canis Cerei, ac ſi perindè in noſtra Vernacula lingua, Ah faccia di Cane ſporco, diceremus.

MARTINVS LVTHAERVS.

116 Anagramma.

Hem! Vir ſtultus, Rana.

ERASMVS ROTERODAMVS.

117 Anagramma.

Oter rarus Momus, ades?

DISPVTATOR.

118 Anagramma.

Tuto diſpar.

FRATER AVGVSTINVS GALAMINVS
ORDINIS PRAEDICATORVM
CARDINALIS DE ARA COELI
119 NVNCVPATVS.

ANAGRAMMATISMVS.

Episcope ! Nonne Arra tua dulcis Via, fructus, magnus, rarus, ni itàst ? Adde Gloria Cardinalium.



SAN-

SANCTVS NICOLAVS DE TOLENTINO ORDINIS EREMITARVM DIVI PATRIS AVGVSTINI.

120 ANAGRAMMATISMVS.

Mundus, Caro, Demon, Pater nos vicisti, aiunt, sensit
Vir, Vita sit Gloria tua; nil.

Nil mea supple Lector sit Gloria; nam
Debetur Soli Gloria vera Deo.



PETRVS FRANCISCVS MARTELLVS EX FIRMIO.

121 **Anagrammatismus.**

Pax, Mens, Turris, ter ille succus, affirmo.

Vel simplici, l, adnotatus Martelus sic.

Patrię succus, Mens, lex, Turris, Affirmo.

CVi comparabo te Mellitissime Martelle, si non efrons, sed potius bifrons reapse es? vsquè eò ingenio polles, vt duos habere intellectus videare; est enim in te summa morum probitas, doctrinę profunditas, verborumquè comitas, quaderè si te Patrię Mentem, lumen, legem, Turrem, Propugnaculum, Præsidium, succum ipsum dicam, parum dicam.

MAGISTER ALOISIVS BARIOLA MEDIOLANENSIS.

122 **Anagrammatismus.**

O Domus Religionis Rasis, Arma, illa ne es? ita.

ERI-

ERICIVS PVTEANVS.

123 Anagramma.

Nec vè ipsa Virtus.

Aliud.

Sapientiȩ Curuus.

ADeò diuinæ, humanæquè sapientiæ Ambrosiam redoles, doctissime Puteane, quod nec eloquentiæ parens Cicero, nec torrens fluuius Demosthenis, quinimò nec Virtus ipsa tecum publicè tantillum certare auderet.

ZACHARIAS BVCCA AQVENSIS CLERICVS REGVLARIS SANCTI PAVLI.

124 Anagrammatismus.

Vir nil baccatus, scilla, gazisquè carens, circa sphęras iuua.

ISTius Clerici nec lucet, nec sordescit toga, solaquè contentus est, nec gemmis gaudet, sed virtute, & non vulgari, præcipuequè Mathematicis, in quibus disciplinis ingeniosissimus.

AL-

ALBANVS BIASINVS PRESBITER. CONGREGATIONIS ORATORII.

125 Anagrammatiſmus.

Vir Ingenio, ac Solertia præſtans, bis robur nobis agita.

MAGISTER LAVRENTIVS RAVENNAS AVGVSTINIANVS.

126 Anagrammatiſmus.

Aue Vir ità nitens; laus tua, magna, rurſus ingens.

FRATER STEPHANVS MAGINVS A CORINALDO PVBLICVS LECTOR MACERETI.

127 Anagrammatiſmus.

Ah! ni pius ille, ac blandus Magiſter factus ante operum corrector?

EXprimitur in Anagrammate conditiones optimas, & qualitates Patris Magiſtri Magini, qui cum benignus ſit, blandus, ſuauis, ac in ſermone comis, benigniſſime præſens opus à me præſtitum approbauit, id quod ex eius nomine, & cognomine (vt vides candide lector) non facile colligere fuit.

BEA-

BEATVS PHILIPPVS NERIVS

128 FLORENTNVS.

ANAGRAMMA.

Nil Sons, nihil & ſuperbus pauper fuit.

DISTICHON.

Fulgebit ſempèr nunc Nerius ille Philippus
Crimine qui Purus Pauper vbiq; fuit.

SACELLVM SVMMI PONTIFICIS PAVLI QVINTI BVRGHESII ROMANI.

ANAGRAMMA.

129 Perpulchrum omnibus alijs, quinimo ſit Angelicum, i, Viſita.



BEA-

BEATVS ANTONIVS AB AMANDVLA CRDINIS EREMITARVM SANCTI
130 AVGVSTINI.

ANAGRAMMATISMVS.

Et tua canam: Vir Insignis, eò rarus addam,
Nebula tota in manibus tuis.



LVDOVICVS REGIVS *AMANDVLENSIS*.

131 Anagramma.

Nunc Virgilius ? Musas elaudo, sed.

Sed, supple non satis elaudo, maiori nanquè tubæ debentur laudes tuæ.

CAMINVS.

132 Anagramma.

Sum Cani.

DISTICHON.

Sum Canis gratus, gratusquè impubibus ipse,
At foueo plusquam frigida membra senis.

DIONISIVS MASSARIVS DE FIRMO.

133 Anagramma.

Audi, nimis formosus Iris ades.

SIMEON BOMPTANVS DE ANCONA DOCTOR THEOLOGVS AVGVSTINIANVS.

134 Anagrammatiſmus.

Vah! Cygnus es; Tus, odor bonus, Poeta, doctus, omninò anima Angeli.

FAVSTVS IANNETTVS.

135 Anagramma.

Tu ſine faſtu nutas.

Nimirum abſq; mentis elatione, inſolentiauè tuam exprimis opinionem, alienaſq; gratiosè; inclinatione Capitis, & illas topicas minimè reſpuis.

CORNELIVS PICVCCIVS AMANDVLENSIS.

136 Anagramma.

Nil inimicus, planè ſuccus, Cor leuas.

CORNELIVS TACITVS.

137 Anagramma.

Tu Cor es lucis? ita.

COr lucis nimirum prudentiæ mundi huius Cornelius Tacitus extitit, & quid de tanto Heroe sentiam paucis meam exprimo sententiam, censetur certè indoctus, & præsertim his temporibus, qui Tacitum non legit, indoctior, qui lectum contemnit, indoctissimus cui non sapit.

STEPHANVS PYGNATTELLIVS.

138 Anagramma.

Phy! Titan est, plus Angelus.

PETRVS PAVONIVS ARIMINENSIS.

139 Anagramma.

I seruus patiens, pronus animi.

Vade pronus nimirum inclinatus ad Heroicas virtutes.

ALE-

ALEXANDER PERETTVS PRESBITER
CARDINALIS DE MONTE ALTO.

140 ANAGRAMMATISMVS.

Xiſti Nepos alter pręclarus in Orbe lętare, addet tandem.



RVBER-

RVBERTVS STROZZIVS FLORENTINVS EQVES DIVI IOANNIS BAPTISTAE.

141

ANAGRAMMATISMVS.

Tutus quilibet venit, ſine zizania dat ſpes
Vrbis onus, fons reor.

ANTAL-

ANTALDVS DE ANTALDIS VRBINAS PRAESVL, ET COMES SENOGALLIENSIS.

142 ANAGRAMMATISMVS.

Te ſalem eſſe do, Parens Inſignis, Lar, ac Sol, an ne vllus addubitat?

DISTICHON.

Splendeſcit, condit, Sol, ſal, ſi ſemper vbiq;
Antaldus Paſtor plurima nonne facit?

IOSEPH DE ASCVLO CAPPVCCINVS ORDINIS DIVI FRANCISCI.

143 Anagrammatismus.

Dic, nonne hic carus, Iudicÿ succus, oppidò realis? fas.

FAs videlicet dignum, religiosum, piumquè credere est, ecquid igitur mirum cum res ita se habeat, si Pater Ioseph magno apud Principes, & Reges in honore fuit, ceù alter D. Romoaldus, multiquè eius consilio Religionem Cappuccinorum petiere?

MAGISTER IOANNES PAVLVS SPARACIARIVS CAVSARIENSIS ORDINIS EREMITANI SANCTI AVGVSTINI.

144 Anagramma.

In Negotÿs, ac causis aptus, rarus, aureus, grauis, realis, inimicitias non amans, i ita prudens.

HIERONYMVS RVFFINVS CINGVLANVS.

145 Anagrammatiſmus.

My Enni non facit? hui fulgur Vrſus.

NEc my quidem facere audet: Ennianum adagium fuit, & refertur à Varrone libro tertio de lingua latina, quod dicitur de illis, qui nec os aperire metu audent contra aliquem virtute præditum, ita in preſenti, ecquis contra Hieronymum Ruffinum loqui auderet, ſi tam ingenio pollet, doctrinaquè nõ vulgari explẽdeſcit? profectò nec my in virum talem facere audebit mundus totus, quid mundus totus? immò potius ſicuti fulgur Vrſus fugit, ita, & Archilochiam mordacitatem ipſimet Zoili (qui pluſquam Vrſi mordent) fugam protinus properè properabunt.

RESPONSIO.

D. Hieronymi Rufini.

Luſiſti verbis nimiùm: qui luſus? honoris?
Tolle libens luſum: nil niſi reſtat amor.

Eiuſdem.

Quod mihi feſtiuo aſſignas Anagrammate, totum
Id (clamant omnes) conuenit vſq; tibi.
Nam doctrina valet, quòd non vulgaris habetur;
Magnus es ingenio, Magnus & eloquio.

SCIPIO VINCIOLVS DE PERVSIA.

ANAGRAMMA.

146

O Vir Cœli ſapiens, i pudicus.

TETRASTICHON.

Vir Cœli Sapiens cœlum meditatur, & aufert,
Soluere quod poſſit iura Pudicitię.
Tu ille es Vinciole, euincis qui crimina Mundi,
Quòd Cœlum ſpectas, quòdq; Pudicus Abis.

MAGISTER FRATER IOANNES BAPTISTA DE ASTE GENVENSIS.

147 **Anagrammatiſmus.**

Pater Integerrimus adeſt, non ſatagens, à ſe ibi, & fas.

HOc eſt abſque vlla diligentia, curaquè humana ad Epiſcopatum Tagaſtenſem peruenit, & quidem fas ſcilicet dignum credere eſt, cum enim Pater iſte Integerrimus Ianuæ apud Auguſtinenſes vitam degeret, ex ore Summi Pontificis ſtatim mortuo (proh dolor) Epiſcopo Angelo Roccha domino, ac Patrono meo, Magiſter Ioannes Baptiſta de Aſte Olim Generalis, Epiſcopus Tagaſtenſis, & Apoſtolici Sacrarij Præfectus eſt renunciatus.

AVE MARIA GRATIA PLENA DOMINVS TECVM.

148

ANAGRAMMA.

Salue Mater pia, gnara, num mi
Vita? doce.



VRIEL OMINEVS.

149 Anagramma.

Nemo vir leuis.

ANAGRAMMATISMVS.

150 Anagramma.

Arma sum Magnatis.

ARma procerum scilicet, & virtute præditorum contra otium sunt Anagrammata, nemo etenim mortalium est tam seuerus, ac tetricus, ingenio adeò ferreo, & inflexibili, qui aliquando post grauissimos labores respirandi caussa spacio aliquo, relaxationevè non indigeat.

ANTONIVS FRANCISCVS PELICANVS

Anagrammatismus.

Annuncio; planè succus sis artis.

SVccus Ciuitatis planè es, cùm diesquè, noctesquè liberalibus artibus, & præcipuè Theoricis operam naues.

DVX CAESARINVS CIVITANOVE.

ANAGRAMMATISMVS.

152 Tu vnicè carus ades; Vix Iano.

Subintellige benigne lector Vix bifronti Iano cedere deberet.



CAPVT

CAPVT TERTIVM DECIMVM.

An Anagrammatiſmus de Anagrammatiſmis fieri quoq; poſſit.

PLVRA bona creata paucioribus eſſe meliora, nemo eſt qui ambigat, quarè opinioni opinionibus, ſententiæ ſententijs, conceptui conceptibus addere, illoſquè amplificare peroptimum erit; Anagrammatiſmos igitur de Anagrãmatiſmis, ſeu Anagrammata de Anagrammatis, quod Idem eſt (quamuis nonnulli aliter ſentiant, aſſerentes Anagrammatiſmum ſemper eſſe cum licentijs, non autem Anagramma, quod abſquè licentijs dicunt perpetuò euenire, ſed reuera in hoc cecutire videntur, nam declinandi modus diuerſus eſt dumtaxat, vt conſtat ex Bencio, & alijs, qui nullam faciunt differentiam inter Anagramma, & Anagrammatiſmum, quinimò nec Artemidorus, qui mentionem Anagrammatum facit, nec Euſtathius, nec ipſemet Guilielmus Blãcus vir ingenioſiſſimus in ſuo libello de Anagrammatum ratione nullum ponit diſcrimen inter iſta duo nomina, ſed promiſcuè vtitur pro illa verborũ cõprehenſione, quam ſupra dixi) elicere, vnuſquiſq; prçſtare poterit, ſic enim Orationũ, Propoſitionum multiplicabuntur lepòres, pluraquè nominum ſenſa: eſt tamen, quod ſcias, candide lector, non eſſe admodum laudabile de Anagrãmatiſmis (licet liceat) Anagrammata conficere, & ratio eſt, quoniam quo magis à ſuo primo conceptu diſcedet, eò à venuſtate, à veritate ipſa diſcrepabit; præterquamquod ſic continuè multiplicando eſſet certè abitio in infinitum, & ſemper circa eundem literarum numerum canere, cum Anagrammatiſmus ex eiſdem literis diſſitis præcisè conſtet.

Nota:

Franc. Bencius.
Artemid.
Euſtathius. Veſus 55. Iliad.
Guilielmus Blancus.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

An in solo Idiomate latino confici possint, & debeant Anagrammata nec ne?

QVO tempore hæc Anagrammata concinnabam, casu euenit, quod cum literas, syllabasq; quæritando fatigabar, commutato Idiomate latino in Italicam linguam Vriel Rosatus, Vriele Rosato, foris en statim è calamo prodit, Re lo vuoi? sta Re; Quarè dicto Domino latino pro illo tunc (atqui non longo) Vale, ad Vernaculam, & quidem non sine meo solito, ac soluto risu ex repentino gaudio isthæc infra prestiti.

Vnde Risus prouenit.

Exemplum Italicè.

Giesù Cristo.
Giusto cresi.
Scipione Borghese Cardinale.
Ci par Sole si chiaro; ben degn'è.
Alesio Orsi.
A lei so riso. } *In tempo di nozze.*
Pane.
Pena.
Angelo.
Galeno.
Andrea.
N'ardea.
Pier Francesco Martello.
Con me car fratello presi.
Seuerino.
Sei vno Re.
Ignatio di Loiola.
O Angelo ti lodai.

Gion

Gion' Antonio Manardi.
Gratia non mai in dono.
Liuio.
Violi, ò pure oliui.
Imperatore.
Piero, Marte.
Morte. }
Tremo. } *Mors est malis.*
Morte. }
Merto. } *Vita bonis.*
Daniele buon Talenti. }
Intanto l'è da dene lui. } *In risposta.*
Giacomo Paci Bolognese. }
Ecco bel Maggio paio, son. } *Dopò risanato.*
Pietro Perrattino da Bologna. }
E ben raro tal dottor, piangi poi. } *Partito che sarà.*
Francesco Brunetti Camplese. }
Fermat', ecc'in scena bel stupor. } *In atto di recitar pastorali.*
Conte Antonio Triffino.
To! t'annoncio fin tesori.
Dottore Nino Perugino. }
O più dottrine non rego! } *Lettor publico.*
Azzolino Vescouo di Ripa Transona. }
S'à noi n'è visto vn' Arcipalazzo d'oro. } *Gusto de' populi.*

Hisquè peractis in Hispanico quoquè prælusi, videlicet.

Toledo. *Exemplum Hispanicè.*
L'è todo.
Castilla.
Callasti.
Adamo.
Amado.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

An in solo Idiomate latino confici possint, & debeant Anagrammata nec ne?

QVO tempore hæc Anagrammata concinnabam, casu euenit, quod cum literas, syllabasq; quæritando fatigabar, commutato Idiomate latino in Italicam linguam Vriel Rosatus, Vriele Rosato, foris en statim è calamo prodit, Re lo vuoi? sta Re; Quarè dicto Domino latino pro illo tunc (atqui non longo) Vale, ad Vernaculam, & quidem non sine meo solito, ac soluto risu ex repentino gaudio isthæc infra prestiti.

Vnde Risus prouenitat.

Exemplum Italicè.

Giesù Cristo.
Giusto cresi.
Scipione Borghese Cardinale.
Ci par Sole si chiaro; ben degn'è.
Alesio Orsi. } *In tempo di nozze.*
A lei so riso. }
Pane.
Pena.
Angelo.
Galeno.
Andrea.
N'ardea.
Pier Francesco Martello.
Con me car fratello presi.
Scuerino.
Sei vno Re.
Ignatio di Loiola.
O Angelo ti lodai.

Gion'Antonio Manardi.
Gratia non mai in dono.
Liuio.
Violi, ò pure oliui.
Imperatore.
Piero, Marte.
Morte. } *Mors est malis.*
Tremo.
Morte. } *Vita bonis.*
Merto.
Daniele buon Talenti. } *In risposta.*
Intanto l'è da dene lui.
Giacomo Paci Bolognese. } *Dopò risanato.*
Ecco bel Maggio paio, son.
Pietro Perrattino da Bologna. } *Partito che sarà.*
E ben raro tal dottor, piangi poi.
Francesco Brunetti Camplese. } *In atto di recitar pastorali.*
Fermat', ecc'in scena bel stupor.
Conte Antonio Triffino.
To! t'annoncio sin tesori.
Dottore Nino Perugino. } *Lettor publico.*
O più dottrine non rego?
Azzolino Vescouo di Ripa Transona. } *Gusto de' populi.*
S'à noi n'è visto vn' Arcipalazzo d'oro.

HIsquè peractis in Hispanico quoquè prælusi, videlicet.

Toledo. *Exemplum Hispanici.*
L'è todo.
Castilla.
Callasti.
Adamo.
Amado.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

An in solo Idiomate latino confici possint, & debeant Anagrammata nec ne?

QVO tempore hæc Anagrammata concinnabam, casu euenit, quod cum literas, syllabasq; quæritando fatigabar, commutato Idiomate latino in Italicam linguam Vriel Rosatus, Vriele Rosato, foris en statim è calamo prodit, Re lo vuoi? sta Re; Quarè dicto Domino latino pro illo tunc (atqui non longo) Vale, ad Vernaculam, & quidem non sine meo solito, ac soluto risu ex repentino gaudio isthæc infra prestiti.

Vnde Risus proueniat.

Exemplum Italicè.

Giesù Cristo.
Giusto cresi.
Scipione Borghese Cardinale.
Ci par Sole si chiaro; ben degn'è.
Alesio Orsi.
A lei so riso. } *In tempo di nozze.*
Pane.
Pena.
Angelo.
Galeno.
Andrea.
N'ardea.
Pier Francesco Martello.
Con me car fratello presi.
Seuerino.
Sei uno Re.
Ignatio di Loiola.
O Angelo ti lodai.

Gion

Gion'Antonio Manardi.
Gratia non mai in dono.
Liuio.
Violi, ò pure oliui.
Imperatore.
Piero, Marte.
Morte. }
Tremo. } *Mors est malis.*
Morte. }
Merto. } *Vita bonis.*
Daniele buon Talenti. }
Intanto l'è da dene lui. } *In risposta.*
Giacomo Paci Bolognese. }
Ecco bel Maggio paio, son. } *Dopò risanato.*
Pietro Perrattino da Bologna. }
E ben raro tal dottor, piangi poi. } *Partito che sarà.*
Francesco Brunetti Camplese. }
Fermat', ecc'in scena bel stupor. } *In atto di recitar pastorali.*
Conte Antonio Trissino.
To! t'annoncio sin tesori.
Dottore Nino Perugino. }
O più dottrine non rego! } *Lettor publico.*
Azzolino Vescouo di Ripa Transona. }
S'à noi n'è visto vn'Arcipalazzo d'oro. } *Gusto de' populi.*

HIsquè peractis in Hispanico quoquè prælusi, videlicet.

Toledo. *Exemplum Hispanicè.*
L'è todo.
Castilla.
Callasti.
Adamo.
Amado.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

An in solo Idiomate latino confici possint, & debeant Anagrammata nec ne?

QVO tempore hæc Anagrammata concinnabam, casu euenit, quod cum literas, syllabasq; quæritando fatigabar, commutato Idiomate latino in Italicam linguam Vriel Rosatus, Vriele Rosaro, foris en statim è calamo prodit, Re lo vuoi? sta Re; Quarè dicto Domino latino pro illo tunc (atqui non longo) Vale, ad Vernaculam, & quidem non sine meo solito, ac soluto risu ex repentino gaudio isthæc infra prestiti.

Vnde Risus prouenant.

Exemplum Italicè.

Giesù Cristo.
Giusto cresi.
Scipione Borghese Cardinale.
Ci par Sole si chiaro; ben degn'è.
Alesio Orsi. } In tempo di nozze.
A lei so riso.
Pane.
Pena.
Angelo.
Galeno.
Andrea.
N'ardea.
Pier Francesco Martello.
Con me car fratello presi.
Seuerino.
Sei vno Re.
Ignatio di Loiola.
O Angelo ti lodai.

Gion

Gion'Antonio Manardi.
Gratia non mai in dono.
Liuio.
Violi, ò pure oliui.
Imperatore.
Piero, Marte.
Morte. } *Mors est malis.*
Tremo.
Morte. } *Vita bonis.*
Merto.
Daniele buon Talenti. } *In risposta.*
Intanto l'è da dene lui.
Giacomo Paci Bolognese. } *Dopò risanato.*
Ecco bel Maggio paio, son.
Pietro Perrattino da Bologna. } *Partito che sarà.*
E ben raro tal dottor, piangi poi.
Francesco Brunetti Camplese. } *In atto di recitar pastorali.*
Fermat', ecc'in scena bel stupor.
Conte Antonio Trissino.
To, t'annoncio sin tesori.
Dottore Nino Perugino. } *Lettor publico.*
O più dottrine non rego?
Azzolino Vescouo di Ripa Transona. } *Gusto de' populi.*
S'à noi n'è visto vn' Arcipalazzo d'oro.

HIsquè peractis in Hispanico quoquè prælusi, videlicet.

Toledo. — *Exemplum Hispanicè.*
L'è todo.
Castilla.
Callasti.
Adamo.
Amado.

Gion'Antonio Manardi.
Gratia non mai in dono.
Liuio.
Violi, ò pure oliui.
Imperatore.
Piero, Marte.
Morte. } *Mors est malis.*
Tremo.
Morte. } *Vita bonis.*
Merto.
Daniele buon Talenti. } *In risposta.*
Intanto l'è da dene lui.
Giacomo Paci Bolognese. } *Dopò risanato.*
Ecco bel Maggio paio, son.
Pietro Perrattino da Bologna. } *Partito che sarà.*
E ben raro tal dottor, piangi poi.
Francesco Brunetti Camplese. } *In atto di recitar pastorali.*
Fermat', ecc'in scena bel stupor.
Conte Antonio Triffino.
To; t'annoncio sin tesori.
Dottore Nino Perugino. } *Lettor publico.*
O più dottrine non rego?
Azzolino Vescouo di Ripa Transona. } *Gusto de' populi.*
S'à noi n'è visto vn' Arcipalazzo d'oro.

HIsquè peractis in Hispanico quoquè prælusi, videlicet.

Toledo. *Exemplum Hispanicè.*
L'è todo.
Castilla.
Callasti.
Adamo.
Amado.

Gallo.
Golla.
Hembra.
Hambre.
La muerte.
Val temer.
Asno.
Sa l Nò.
Tossino. } *Iuxta illud, Ni olla sin tossino*.
Si nò sto. }
Cauallo.
Vallaco.

Exemp. Grecè. NVlli igitùr deinceps dubium erit, siquidèm, & in latino Italico, Hispanico, Græcoq; vt Egidion in patria lingua Diogine, & illud in virtutis laudem ἀρετὴ Anagramma Ἀρετή, vtquè hac tãtùm clausula vtar, Anagramma qualitercunquè sit (dummodo bonum) continuè apud viros, & ingenio, & doctrina nobiles locum habebunt, quinimò antequam hæc typis dedissem; nonnulla Italica, & vidi, & legi, sed vt meam exprimam sententiam, Mater sua latina fuit, & est, cœtera Idiomata (dicant alij quicquid velint) Nouercæ sunt, & reuera nobile hocce compositionis genus in alijs Idiomatibus inuenustum, inconcinnum, languidumquè potius est, quam aliter, eoquè magis cùm sæpissimè post ipsa immediate Disticha apponantur, vt superius capite vndecimo diffusè dictum fuit, quæ Disticha si vulgaritèr typis demandarentur; typus ipse ederet cachinnos, curiositas tamen hominum ad Idiomata omnia extendere conatur. Interim politioris literaturæ candidatos obnixè rogatos velim, vt si opus hoc nouum insulsum, ac minus expolitum, & vltima prorsus non lima

limatum

limatum offenderint, mihi quæſo parcant, pro certo- *simile.*
què teneant Anagrammata hæc eſſe ceù plerìquè filij, qui licet eiuſdem ſint matris, tamen non ſolum facie diſſimiles, ſed, & moribus ſæpe, & ſicuti quot filij, tot ſententiæ, ſic quot Anagrammata, totidem viri varij, variæquè animi dotes. Cœterùm omnia, quæ ſcripſi non ſolum primę Sedis Romanæ, ſed etiam cuiuſuis Orthodoxi correctioni ſubiectum eſſe volo: Errata verò per Calchographos facta vnuſquiſquè pro benignitate ſua emendare affectet.

FINIS.

Laus Deo, Deiparæ, D. Auguſtino, ac D. Catherinę.



Regi-

REGISTRVM.

✠ ✠3 ✠✠ ABCDEFGHIKLMNO PQ Aa.



MACERATAE,

APVD PETRVM SALVIONVM. M.D.CXX.

Superiorum Permissu.

Errata sic corrige in Capitulis.

pag.3. linea 1. Nam Virtutis, Mam Via Virtutis.
pag.9. lin. 1. rerum deducere, remum ducere.
pag.27. lin.5. il. illa, & l. 12. existimo, hecq; &c.

In Anagrammatismis.

pag.48. Anag. 27. Caimpolus, Ciampolus.
pag.50. Anag. 30. AE. pro licentia.
pag.59. Anag. 47. Ius. Tus.
pag.62. Anag. 52. Patria, patrie.
pag.96. Anag. 112. Diana, Diane.
pag.106. Anag. 129. sit, fit; i. si.

Index.

Numero 136. Cornelio Priugio, Cornelio Picuccio.

Index.

Epigram. & Acrost.
Ad D. Seuerienfem, Seuerinum.

Sic in lucernis nominum sensa scrutor.



INDEX
EORVM AD QVOS ANAGRAMMATA data ſunt.

A.

A a *Ari-*

B.

C.

D.

D.

E.

F.

G.

H.

Ma-

N.

O.

P.

R.

Sal-

S.

T.

V.

Z.

IN-

INDEX

EPIGRAMMATVM, ET ACROSTICHARVM,
quæ identidem Anagrammatiſmis interiecta ſunt.